

1752.

13^o Nesselblatt, Faust! De successione expectativa vniuersa
in jure aportum. & exempli.

14^o Nesselblatt, Faust! De necum-late ejusque in
jure effectu.

15^o et Prostern, Faustus: De haemorrhagia narratio
in scuribus.

15^o Schreyer, Faustus: De jure liberorum
nivis parentibus sui juris factorum respectu succes-
tioniis in bona parentium.

16. Hiebrityius, Faustus: Prescribentiae de lumen-
stratio nunc a Paris l. b. de Hollberg objectio[n]ibus re-
curreat.

17 Weberus, Christianus: De origine etiologia
malariae.

18. Videburgius, Fridericus: Examen consuetudinis Imperialis inter
Indicum IV Rerum et Fridericum Thuringianum.

1752

19 Zucharie, Oswald Tranzall : *Propagacione religiosis
armata.*

is

4.

DISSE¹⁷⁵²
TATIO IN AVGURALIS HISTORICA
SISTENS
EXAMEN
CONSORTII IMPERIALIS
INTER
LVDOVICVM IV. BAVARVM
ET FRIDERICVM AVSTRIACVM
AVGG.

QVAM
CONSENSV
AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS
IN REGIA FRIDERICIANA
PRAESIDE

D. FRIDERICO WIDEBVRGIO
ELOQVENTIAE ET ANTIQVIT. PROF. PVBL. ORDIN. ET
ALVMNORVM MAGDEBVRGICI DVCATVS EPHORO
AMPLISS. PHILOS. FACVLT. H. T. DECANO

PRO


CONSEQVENDIS MAGISTRI HONORIBVS

D. AVG. c¹⁷55LII.

PVBICE DEFENDET

ERNESTVS CASPAR POHLMANN
MAGDEBVRGENSIS.

HALAE MAGDEBVRGICAE
AERE IOANNIS FRIDERICI GRVNERTI,



Illustris admodum, et contrariis Au-
striacorum et Bauaricorum studiis
multum agitata, controuersia est,
de consortio imperii inter LVDOVI-
CVM IV. et FRIDERICVM PVL-
CHRVM AVSTRIACVM, per pactum
utriusque Augusti stabilito anno
cICCCCXXV. Quod ipsum, quanto impensius ad-
struere allaborarunt Austriacorum ingenia, tanto
uicissim impugnarunt uehementius rerum Bauari-
carum scriptores. Cognoscet facile, qui has con-
tentiones altius inspexerit, nimium sibi in hac re
indulgere partem utramque, et, prout fauor fert
aut odium, uagari saepenumero extra limites,
fideique rerum gestarum uim manifestam inferre.
Fuerunt nostro tempore, qui publicis scriptis tra-
etandum ex instituto suscepérunt nobile argumen-
tum, atque ad terminandam diuturnam litem omnem
operam contulerunt. Ut enim RAIMUNDVM
DVELLIVM omittamus, non incelebrem Canonis-

cum Regularem Ordinis Augustini et Bibliothecarium S. Hippolytensem, in dissertatione de FRIDERICO PVLCHRO, insigni in primis apparatu scenam hanc instruxit JOHANNES FRIDERICVS DE BAVMANN in splendido opere de Voluntario imperii consortio inter LVDOVICVM BAVARVM et FRIDERICVM AVSTRIACVM AVGG. ex pacto de anno MCCCXXV. adserito, Francofurti et Lipsiae 1735. fol. Deuotus gloriae Austriacae domus multum studii consumit in vindicanda FRIDERICO PVLCHRO imperialis fastigii communione, adeoque causae suae confisus est, ut, quasi prorsus jam confecta lite, Bauaros aperte triumphare sibi videatur. Enimuero, licet ea simus aequitate, ut curam agnoscamus scribendi, ceteraque non inficianda operis ornamenta, minime tamen arbitramur, satisfecisse illum proposito, ad quod effiduum et ingenium quidem et industriam haud mediocrem adhibuit, uerum irrito plane successu, cum uanissima opera sit, quae aduersus compertam rerum ueritatem committitur. Statuimus igitur sollicitius retractare illustrem controuersiam, ac clarissime ostendere, consortium illud imperiale inter LUDOVICVM et FRIDERICVM, quo tam secure sibi blandiuntur Austriacae causae patroni, praefidiis parum idoneis munitum esse, nec ullam idcirco suppetere rationem, quare inter Germaniae Augustos

gustos collocari debeat FRIDERICVS PVLCHER,
 licet de eo multum sibi plauserit BAVMANNVS,
 quod ereptum a Ludouicianis statoribus, ut ille su-
 spicatur, Caesareum decus, FRIDERICO suo resti-
 tuerit postliminio. Multum uniuerso hic situm est,
 in ipsa serie rerum gestarum, ad quam repreesen-
 tandam primum omnium nos accingimus, indeque
 argumentum repetimus sectionis prioris, idque
 tanto magis, quod Austriaci aequae ac Bauari ita
 in commemorando uersati sint, ut ubique nihil
 magis desideremus, quam justum gestorum ordi-
 nem, ac sancte in omni re seruandam integritatem
 ac fidem (*).

(*) Sicut de vindiciis suis prorsus securus fuit BAVMANNVS,
 ita mirum uideri non potest, quod in praef. operis sui, con-
 sortium illud imperii inter LVDOVICVM et FRIDERICVM
 contulerit cum exemplis CAROLI M. et LVDOVICI filii,
 LVDOVICI III et filii LOTHARII, OTTONIS M. et filii
 OTTONIS SECUNDI, quos in imperialis fastigii communio-
 nem a patribus adscitos esse scimus ex idoneis rerum gesta-
 rum monumentis. Attamen id miramur merito, quod ad il-
 lustrandam rem identidem adhibere ausus sit exemplum
 HENRICI SEXTI, FRIDERICI BARBAROSSAE filii, nec
 non HENRICI SEPTIMI, filii FRIDERICI SECUNDI Au-
 gusti, quod Regis Romanorum potius, quam consortis im-
 perii, dignitate exornati fuerint, cuius rei insignem diuersi-
 tatem nemo status publici peritus est qui non uideat, cum
 Regis Romanorum in expediendis imperii negotiis potestas
 ab Augusto commissa, cum ea, quae in regni consorte est, mi-
 nime commiscenda sit.

SECTIO PRIOR.



§. I.

ost fata HENRICI SEPTIMI, et infelicem egregii Caesaris excessum, quem maximis ausibus parem, et ad instaurandam imperii maiestatem incredibili animi ui incensum, in medio uictoriarum cursu infandum ueneficium abstulerat, grandi metu Germaniam impleuit contentiosa electio LUDOVICI BAVARI ET FRIDERICI AVSTRIACI anno 1500XXIV. Inde enim uehementissima principum dissidia, ac pestifera bella ciuilia, donec Austriaeorum spem finiret tandem fortuna LUDOVICI, praelio Muhldorfensi uictoris anno 1500XXII. Praeter insignem cladem Austriaeorum ipse in uictrices LUDOVICI manus incidit FRIDERICVS, ac ab eo tempore in Trausnicensi arce captiuus detentus est (*).

(*) De praelio Muhldorfensi et captiuitate FRIDERICI consulendus ALBERTVS ARGENT. p. 122. ANONYMVS LEOBIENSIS L. V. p. 921. HENRICVS REBDORF. ad a. 1322. ANDREAS PRESBYTER p. 31. *Chronicon Elwangense* ad a. 1322. GERHARDVS A ROO. L. II. p. 83. NIC. BVRGVNDVS L. I. ut ADLZREITERVM, AVENTINVM, FVGGERVM, aliasque taceamus.

§. II.

Diurna FRIDERICI captiuitas erat, siquidem tertio demum anno libertati redditus fuit. Sunt, qui memoriae prodiderunt, seuerissime initio in fortunae aemulum consuleisse LUDOVICVM, grandi in Austriaeos uindieta animatum, capitisque suppicio FRIDERICVM, tanquam rebellem, afficere statuisse (*), ira tamen in lenitatem et gratiam deinceps uersa. Et fuerunt certe rationes, quae mitigare animum Augusti, atque ad aequiora infletere consilia, poterant,

rant. Etenim insigni erga fratrem caritate ac studio ductus LEOPOLDVS, Austriae dux, pro ejusdem vindicanda fortuna, nedum libertate ac vita, ingenti ardore ac ui, totoque Austriae robore, adnitezatur (**). Haud mediocreis praeter ea metus Galli, quem in partes trahere LEOPOLDVS, exter naque in Bauarum arma uertere, moliebatur (***) . Nihil super haec infestius uisum conaminibus Pontificis Romani (****), quem, LVDOVICO jam alias infensum, magis irritauerat ualescens ejusdem potentia, plurimum formidanda Apostolico dominatui, ni mature obuiam iretur. Non dicam exstuisse inter Germaniae principes, qui palam auersarentur immite LVDOVICI ingenium, eosque noua clementiae fiducia in fide retinere tanto magis intererat Augusti, quanto uehementius de alienandis procerum animis clam ac manifeste tum labo rabat Papa JOHANNES XXII (*****).

(*) Chronicon Leobiense ad a 1324. Ludouicus dicens se a Leopoldo ludi brio haberi, ad Friderici laxationem se difficultius reddebat, nunc de capitandum, nunc perpetualliter in clausura carceris conseruandum, nunc omnibus suis spoliandum principatis, adserebat. HENRICVS REBDORF. annal. p. 612. edit. Struu. Anno decimo regni sui Ludouicus obsecit ducum Austriae castellum dictum Purgau cum magna poten tia, uolens Fridericum aduersarium suum captum capitali sententia ibi dem plectere.

(**) De eximia LEOPOLDI in fratrem fide satis idoneum praebent testimonium tot pro eo fortiter acta, praesertim immensi pro libertate ejusdem suscepit labores. Chronicon Leobiense l. c. Interea Ludouicus castrum Burgow ohsidens nil profecit, quia Burcardus de Hellerbach, qui id nomine ducum Austriae tenuit, strenue resistens, Leopoldi exsolutionem expectauit, qui cum exercitu copioſo ueniens Ludouicum de campeſtribus abigebat. JO. VITO DVRAVNS ad a. 1314. Postquam Fridericus duabus annis fuit in captiuitate, duce Leopoldo procurante liberationem fratris cum adjutorio Papae sibi multum propitiis, cetera. ALBERTVS ARGENT. p. 124. ap. VRSTISIVM P. II. Tractabatur autem saepe de liberatione Friderici, et impediente liberationem ejus, quod

quod dux (Leopoldus) insignia sanctuariorum imperii, lanceam uide-
licet et alia, noluit resignare, dicentibusque suis, quod frater suus ejus
esset captivus, dux praeuocens astutiam Ludouici dixit tractatoribus,
ecce ne hoc mibi impingatur a vobis, dabo vobis ea insignia, et scio
quod nec adhuc, prout tractatis compositionem, fratrem meum rehabebo.
Quod etiam cum factum esset, Leopoldus Ludouicum adeo infestauit,
quod tandem Ludouicus cum Friderico — — — conuenit.

(***) Qualiacunque pro liberando fratre expertus LEOPOLDVS,
Galliae quoque Regem, CAROLVM PVLCHRV M, in spem adipi-
scendi imperii allectum, Austraciis partibus adjungere statuit. Nec
in easum cecidere hi conatus, pro ueteri Franciae Régum in trahen-
do Germaniae regno auditate. Intercesserunt ipsius Papae molimina
ac uota, pro amoliendo praepotenti LVDOVICO, a quo nihil non
timendum uidebatur. Inde inter Gallum, Pontificis legatos, LEO-
POLDV MQUE AUSTRIACUM, congressus, quibus Ecclesiasticorum quo-
que Electorum deinceps admoueri studia coeperunt. Haud uana igi-
tur sollicitudo Bauari, et speciosus satis metus Francicorum armorum
et insidiarum. ALBERTVS ARGENT. p. 123. NAVCLERV Vol. II.
Gen. XLV. p. 997. VILLANVS L. IX. c. 268. ANONYMVS LEO-
BIENSIS in Chron. L. V. ad a. 1324. Leopoldus colloquium habuit cum
rege Franciae in Campanias oppido, quod Barra super Albam dicitur,
et monasterii Claraeuallenfis est. Regnum Romanorum, sicut fertur,
ad Francos sic conuertere nitebatur, ut sibi uicarius committeretur,
et sic fratrī exemptio facile sequeretur.

(****) Chronicon Leobiense ad a. 1325. p. 925. Cum processus Papales
inciperent crebescere, et per Alemanniam contra Ludouicum undique
uolitare, de Friderico intra se coepit mitius cogitare. PETRVS ABBAS
in Chronicō aulae Regiae c. XV. p. 48. ad a. 1325. ap. FREHERVM
in Script. Rer. Bohem. Ludouicus, Romanorum rex, Bauariae dux,
cernens, quod contra se frequenter grauarentur Papales processus et sen-
tentiae, patiensque defecūt pecuniae, coepit inter se cum paucis de
liberatione Friderici sui captiuī et aduersarii cogitare.

(*****) GERHARDVS A ROO L. III. p. 86.

§. III.

§. III.

Inter haec LVDOVICI meditamenta haud exiguum mi-
tioribus destinatis pondus addidit interuentus uenerabilis GO-
DOFREDI, Maurbacensis monasterii Prioris, cui insignem
auctoritatem et famam conciliauerant spectata uirtus et pietas.
Erat is Austriaco FRIDERICO a sacris confessionibus, dedi-
tus incredibili studio munifico principi, Maurbacensis Car-
thusiae-Statori. Ac coepit causam ejus apud Augustum age-
re tam felici successu, ut consilium mox caperet liberandi
FRIDERICI, eoque proposito Trausniciense castellum extem-
plo adiret. Adhibitus a LVDOVICO ad conciliandam con-
cordiam, praeter GODOFREDVM hunc, alter sacri ordinis
uir, CONRADVS, Prior ordinis Augustinianorum, Confes-
sionarii itidem officio addicetus LVDOVICO, ut prima pacis
tentamina Ecclesiasticorum uirorum hortamentis potissimum
stetisse uideamus. Pollicitus FRIDERICO libertatem et pae-
teritorum obliuionem LVDOVICVS, ille uicissim abdicatio-
nen regalis fastigii, fidemque perpetuam, quibus conditio-
nibus cum in gratiam coirent ambo, ad penitus consumman-
dandum momentosum opus, Hennebergico Comiti et DIE-
TERICO A PILICH DORF, Austriae Mareschallo, deman-
datum, ut cessionem hanc regni in litteras referrent, cete-
rasque concordiae leges arbitrorum instar exactius definirent,
quod effectum amplissima transactionis formula perscripta
Trausnicii, et a FRIDERICO non solum interposita jurisju-
randi religione, uerum etiam adsumto Eucharistiae sacra-
mento, tanquam sanctissimo pignore, firmata (*). Post haec
dimissus e carcere FRIDERICVS maximarum calamitatum
taedium finiit, libertatemque, qua in tertium annum care-
bat, postliminio adeptus est (**).

B

(*) CHRO-

(*) CHRONICON LEOBIENSE ad a. 1325. p. 925. Et ecce, quamvis multum fuerit laboratum ad nullum profectum, religiosus vir, Godfridus, Prior de Maurbach, Carthusiensis ordinis, in spiritu fortitudinis ad Ludouicum ueniens, eum intrepide sic affatus: O princeps, ait, carissime, cuius jam triumphalis gloria per mundi climata diuulgatur, cuius nomen undique festiis laudibus celebratur, uirtus et pietas praedicatur, quibus res publica decoratur, et regnum potentia ampliatur, cur sanguineum et amicum non absoltis? cur regni statum non perpendis? quare consilia uanorum initis, quae clementiam principis nituntur subuertere? Considerate, quod duces Austriae, nec dum a calore Martio defecerunt, nec potentia nec diuitiis marcerunt, quorum assistentia potestis roborigi, et tam in extensis, quam interis, prouinciis glorificari? Quid honoris conquiritis, si indignationem uestram in eorum terris respergitis! imo plus decoris comparatis et claritatem uestrae celitudinis obscuratis? Ludouicus aduersens juxta Salomonem, quod uerba sapientum sunt quasi stimuli et sicut clavi in altum fixi, clausum educi imperat Fridericum, officium sacrae missae Prior celebrat, et ambos sacra communione de una hostia corroborat. HENRICVS REBDORF. ad a. 1322. apud FREDERICVM T. I. p. 612. Anno undecimo Ludouicus solus, exclusis omnibus consiliariis suis occulite tractauit et confederauerit se cum praedicto Friderico capto, ita quod idem Fridericus renunciasse juri electionis suae et Ludouico deberet aduersare contra fratres suos, et juramentum ambo tractatus huiusmodi occulto obseruare super sacramento Eucharistiae, quod ambo eadem hora receperunt, Missa coram eis celebrata, et sic Fridericum a vinculis dimisit. JO. VITO DVRANVS ad a. 1314. p. 1792. apud ECCARDVM T. II. Tandem mirabiliter liberatus fuit mediante interpositione cuiusdam Prioris ordinis Carthusianorum. Nam ille salubriter et solerter se interponens, famosus enim in terra boni consilii et maturae conuerstationis erat et utrique acceptus, in praesentia amborum sola et sui, omni homine absente et excluso ipsos concordauit, scilicet Ludouicum et Fridericum, per quaedam pacta utriusque complacencia. Et illa juramento confirmauit, sed, quae fuerint, nesciebatur, nisi quod Fridericus duas de suis filiabus in Bauarium in ciuitatem destinauit, et sic a captiuitate eruitur. ANONYMVS auctor narracionis de praelio inter Ludouicum et Fridericum commisso apud PEZIVM T. I. Rer. Austr. p. 1000. ex Manuscripto coenobii claustro-

Neo-

INTER LVD. IV. BAV. ET FRIDER. AVSTR. AVGG. II

Neoburg, editus: Bedagt sich der von Bayrn und zog gen Trausnicht zu dem Chunig Friderich, und verbaidingen sich mit einander nach ir paider Peichtiger rat, Prior von Maurbach und eins Prior vom Augustiner Orden, und ward Chunig Friderich ledig gelassen. JOHANNES XXII. Pontifex in litteris ad LEOPOLDVM Austriae ducem datis VII. Kal. Augulti a. 1325. apud RAINALDVM in Baron. Contin. T. XV. ad h. a. n. 2. p. 297. Suum fecerunt conuenticulum, omnibus suis necessariis praetermissis, contenti solis suis duobus confessoribus, quibus forsitan omnia non panderunt. PETRVS Abbas in Chron. aureae regiae c. XV. p. 48. Igitur in festo B. Georgii idem Ludouicus ad Fridericum in castro captiuitatis quod Traysnicht id est inopinabile dicitur inopinabilitate uenit, et nescio quibus modis, quibus formis, seu quibus tractatibus interuenientibus, cunctis admirantibus, ipse Fridericus, qui usque ad tertium annum captius fuerat, est a vinculis absolutus. Non fuerunt aliquae munitiones in signum foederis et amicitiae Ludouico datae, nec super bac concordia litterae sunt publicatae. Similique hodie bi duo principes, qui se nominant reges, comedunt, bibunt et simul dormiunt, et in uerbis pacificis unum sunt. Matrimonium satis inconsuetum bi inter suos pueros statuerunt. Duxit enim filius Ludouici filiam Friderici, licet bi pueri sint in tertia consanguinitatis linea constituti. Est autem hoc admirabile in auribus omnium populorum, quod uterque usque hodie regem se scribit et nominat Romanorum. ANONYMVS ex Bibliotheca Vindobonensi n. 631. Clasf. hist. profan. fol. 82. cuius indicium III. BAVMANNO debemus: Darnach kam es zue ragen, daß der Herzog vom Haus Oesterreich sich betaget mit dem Chunig, daß der Herzog ledig ward, und daß er ihm külf schwür wieder allemenniglich bis an seinen tod, und daß er ihm das heil. reich andwort. Alius ANONYMVS scriptor Vindobonensis n. 10. Clasf. histor. profan. fol. 71. a BAVMANNO allegatus: Tandem inter ipsos concordia et pace firmata nobilis Ludouicus, rex Romanorum, sine omni pecuniarum, castrorum, ciuitatum, et terrarum exactione, more liberalis Principis, ipsum Fridericum pristinae reddidit libertati, nihil aliud, quam regni Romanorum ab eo in litteris accipiens abrenunciationem. Legitur quod in signum et robur tantae amicitiae inter eos contractae simul sumserunt corporis et sanguinis domini sacramentum. Isdem prope uerbis rem rescribit ANDREAS PRESBYTER p. 33. ANONYMVS

NYMVS tertius ex eadem Bibliotheca Augusta Clasf. hist. profan. n. 27. citatus apud BAUMANNVM: Postea medio tempore tractatum est de pace et concordia inter praeditos principes per nobiliores et maiores prouinciarum supra dictarum. Fridericus autem postquam liberatus fuisse a custodia ad Austriae cum pace recessit. In eadem concordia conlclusum fuit, ut nec ipse Fridericus, nec sui successores de domo Austriae pro tempore existentes se opponerent in electione cuiusvis Rom. Imp. de domo Bauariae, prout in litteris desuper confessis continebatur, ueruntamen Fridericus suac immemor promissionis a titulo regio se non absinuerat. CHRONICON ELWANENSE ad a. 1326. Rex Ludouicus Fridericum ducem Austriae a captiuitate absoluimus, et in signum amicitiae filiam suam filio Friderico duci copulauimus, cum tamen fuissent nepotes. Locus ALBERTI ARGENTINENSIS supra allegatus §. II. not. 2. tandem Ludouicus cum Friderico communicans eos ambos post missam uno Cartubensi eorum confessore et seruare pacia jurantibus latenter conuenit. Emisso autem Friderico et non seruante pacia Lupoldus usque ad mortem suam restitit Ludouico. ALBERTINVS MSSATVS apud MVRATORIVM T. X. col. 769. Similiter duorum Caesorum Germanorum omisserimus grandes actus in discordia electorum, Friderici scilicet, olim Rudolfi (rectius forsitan Alberti I.) Austriae ducis et Romanorum regis nati et Ludouici Bauariae ducis, eorumque terribiles congressus cum capture Friderici et ejusdem Austriae ducis ejusque pacifica relaxatione mirabilis, et eorum regum seu ducum associatione fraterna. Nemo ferre horum scriptorum tabularum transactionis, Hennebergici Comitis et Mareschallii Austriae auspiciis compositarum, facit mentionem, si ANONYMVM encipias ex Bibl. Vindobon. Clasf. histor. profan. n. 10. qui abrenunciationem regni in litteris habet, quocum conspirat ANDREAS PRESBYTER. Eodem pertinet alter ANONYMVS Vindobonensis ex Clasf. ead. n. 27. qui tractatum ait de pace et concordia inter praeditos principes per nobiliores et potentiores prouinciarum supra dictarum, et paulo post litteras desuper confessas fatetur. Vicissim est qui nullas super hac concordia litteras publicatas fuisse fidenter adserit, PETRVS ABBAS, qui tamen, si de publica promulgatione accipiatur, aliquo modo tolerabilis uidetur. Interim omni exceptione maiores existimandae ipsae paci tabulae, quas ex tabulario Bauariae ducum edidit HERWARTVS AB HOHENBURG quarumque fidem

ne

ne ipse quidem impugnare ausus est strenuus alias Austriacae causae
vindex, BAVMANVS. Copiam illarum facimus in appendice n. I.
Facile uero, cum ad publicam notitiam hanc uenerint, accidere pos-
tuit, ut plerique ueterum scriptorum omnem pacis conciliationem ui-
ris tribuerint Ecclesiasticis, quos licet omnino largiamur sua austori-
tate concordiae uiam aperuisse, primisque LVDOVICI AC FRIDERI-
CI congressibus solos interfuisse, quorum pertinent illa apud HEN-
RICVM REBDORF l. c. *exclusis omnibus consiliariis suis*, JO. VITO
DVRANVM l. c. *in praesentia amborum sola et sui*, et in epistola Pon-
tificis JOHANNIS XXII. *omnibus suis necessariis praetermissis*, *con-*
tenti solis suis duobus confessoriis, adictos tamen postea ex nobilitate
arbitros, ad rem penitus transfigendam, et expressa passionis formula
comprehendendam, ipsius documenti fide satis euictum est, ne dicam
factum hoc quorundam pariter scriptorum, quos antea laudauimus,
nisi testimonii. Accedit, quod apud scriptores nonnullos easdem
legamus conditiones, quas prescriptas in tabulis pacis deprehendi-
mus, ut uel haec ipsa commemoratio pactum indirecte tueatur. Sic
auxiliū lationem aduersus omnes hostes, ipsosque Austracos, a FRI-
DERICO promissam, tradit REBDORFIENSIS, itemque Vindobonensis
ANONYMVS ex Claff. hist. prof. n. 631. quod ipsum trans-
actioni sigillatim insertum obseruamus, tum nouas necessitudines per
connubium filiarum FRIDERICI cum Bauaris in amicitiae pignus pla-
cuisse scribit VITO DVRANVS, PETRVS ABBAS, AVCTOR *Chronici*
Elwangenensis, de qua re in tabulis Trausciensibus identidem ex-
presse pactum est. Denique iurasse in pacis leges FRIDERICVM Au-
striacum, ac Eucharistiae sacramento feso LVDOVICO obstrinxisse,
diserte loquuntur AVCTOR *Chronici Leobensis*, HENR. REBDORF,
JO. VITO DVRANVS, ANONYMVS VINDOBONENSIS ex Claff.
hist. profan. n. 10. ANDREAS PRESBYTER, ALBERTVS ARGENTINENSIS,
hoc tamen post conceptas pacis tabulas demum factum
esse, ipsum ostendit instrumentum, siquidem adjectam in fine spele-
mus conditionem, de jure jurando a FRIDERICO deinceps praestan-
do: *Vt haec reconciliatio, sicut supra scripta est, ad uerbum ita im-*
pleteatur, et obseruetur, debet aux Fridericus jurare ad Sandos. Super
haec monendum habemus, singularem quidem seruandae fidei cau-
tionem in se recepisse FRIDERICVM, ad Hennebergici Comitis et

Noribergensis Burggraui arbitrium refereadā: Debet etiam Regi se suamque personam peculiarī ratione obligare, secundum nostrā de Henneberg et Burggrāfij de Nuremberg jussū, verū remisissē LUDOVICVM, minus in ea re serupulosum, illam necessitatem, discimus ex PETRO Abbatē l. c. non fuerant aliquae munitiones in signū foederis et amicitiae Ludonico datae, ANONYMO Vindobonensi ex Clas. hist. prof. n. 10. nobilis Ludouicus Rex Romanorum sine omni pecuniarum, castrorum, ciuitatum et terrarum exactione more liberalis principis ipsum Fridericū prīflīnae reddidit libertati, AVCTORE Chronicis Clauſtro - Neuburg. ad a. 1325. apud PEZIVM p. 486. Fridericū ducem Austriae sine omni fidejūfforia cantione et omni pecunia liberum dimittit. De cetero turpiter aberrat Ebersbergensis coenobii Prior, VITVS ARENSBECKIVS, saeculi XV. scriptor, apud PEZIVM T. I. p. 1241. Saepē dictus dux Fridericus fuit sine omni exactione libertatē suae donatus, nulla autem (ut communiter narratur) super regni Romani abrenunciatione, aut super promissa fidei cautione ab ipso recepta, nullaque confirmatione, quem tot coaevorum ac ueterum fidei bellum indicentem merito nullius pretii habemus. Abstinuimus cogitate in argumento hoc illustrando a recentioribus scriptoribus, sicut parcendum duximus testimoniis GERHARDI A ROO, GUSPINIANI, BVRGVNDI, HERWARTI, ADLZREITERI, aliorum. Attamen unius BVRGVNDI juuat adjicere meditamenta L. II. p. 91. cum egregiam lucem Trausnicensibus consultationibus accendant: Nibil dirius imponebatur, quam quod jubebatur ejurare imperium, sed per fortunam recusare non poterat. Vbi ergo in hoc consensum est, proximum fuit quaevare, qua ratione Caefarem eo nomine securum efficeret. At hanc rem, et quicquid praeterea exigebatur, Bertoldus Comes Hennebergicus et Dietericus Pillichdorferus, Austriae Mareschallus, jussi sunt ex arbitrio componere instar sequestrorum utrimque electorum. Illis auctoribus leges dictæ et in tabulas relatae sunt, quarum haec est sententia, cetera. Propterea uero ubi Monachiense pacium falsitatis simulat grauis scriptor, Bauaricae causas justo impenso agitur studio, nec temporum diuersitatem solicie satis distinguit: Ut proinde, inquit, mirum uideri posse, tradidisse quosdam, aequatum fuisse jus et nomen regni inter pacientes. Quasi unum et indiuīsum regnum caperet duos, non destructuros mutuam potestatem. Sed tam incondita aduatio,

latio, seu uana credulitas, ut possit sperni, diplomatum tamen fides non debet. Nemo interim, nisi omnium rerum expers, mirabitur facile, concordiae inter Augustos instaurationem, ad arbitrorum judicium relata fuisse, cum maxima hunc in modum negotia terminata apud Germanos legamus, tantum abeit, ut argumentum inde repetamus contra probabilitatem transactionis Trausniciensis, in quo alu-

cinatur D VELLIVS in disl. de FRIDERICO PVLCHRO.

(**) Statim libertati redditum fuisse FRIDERICVM Austriacum, postquam Trausnicienses conditions ratas habuit, satis patet ex allegatis scriptorum testimonii. Praefertim admodum clare AVCTOR Chro-nici Claustro - Neoburgensis ad a. 1325. p. 486. liberum ait dimittit tem-pore Paschali. JOHANNES quoque XXII. Pontifex in epistola ad FRIDERICVM scripta a. 1325. die IV. Maii apud RAINALDVUM in Baron. contin. T. XV. ad a. 1325. n. 2. p. 297. *Ad nostrum, inquit, auditum nuper perduxit relatio fide digna, quod Ludouicus dux Bauariae te pridem a suo carcere, quo diu mancipatum detinuerat, relaxa-uit.* Cumque in custodiā sponte fese rediturum, ni exactissime promissis staret, adseuerasset FRIDERICVS, ne id faciat, in eadem epistola cum severitate juber Pontifex: *Districtius inhibentes, ne ad ejusdem Ludouici quoquo modo redire carcerem praefumas.* Idem in epistola ad LEOPOLDVM Austriacum VII. Cal. Aug. scripta apud RAINALDVUM l. c. Percepimus, scribit, *quid juxta tibi relata per Germanum, iis diebus praeteritis a carcere liberatum, inter ipsum et liberantem, in ipsa liberatione fuerit ordinatum, quidque a te et tuis aliis fratribus ab ipsis fuerit postulatum.* JOHANNES VITO DVRA-NVS p. 179. Fridericum captiuatum usque ad festum Paschae ait. Con-spirat CORTVSIVS in nouitat. Paduae L. III. c. 8. *Tandem pax conuenit, et sic fuit Fridericus de carceribus liberatus a 1325. mense Martii.* Enimvero non leuis prolapso est, quando idem L. IX. c. 315. FRIDE-RICI liberationem ad tempus mensis Octobris rejicit, secum ipse dis-cors: *A. 1325. circa finem mensis Octobris Ludouicus electus Romanorum Rex Fridericum ducem Austriae in Regem quoque Romanorum electum ex captiuitate liberavit.* Quae cum ita sint, minime subscribere possumus sententiae BAVMANNI, qui post subsequens demum pactum, sub ingressum autumni Monachii initum, libertatem consecutum fuisse Fridericum, arbitratus est. Cujus adserti rationes, ut paullo altius

specitare

spectare liceat, ipsius primum illustris viri uerba p. 119. seqq. recitamus: *Probabilissimum est, notulam istam (ut in ipso instrumento circa finem nominatur) in Austria a Ludouico fuisse missam, priuquam Fridericum libertati redderet, ut ex fratribus perciperet, quid decernerent rebus sic stantibus?* Hoc modo, eodemque tempore, siam de liberatione Friderici sub durissimis conditionibus, quasi jam facta, (ut communiter fieri solet) in Italiam Germaniamque prorefuisse nunc satis intelligimus, probeque hic annotamus. *Quod uero fortes Friderici fratres armis ipsorumque sanguine Germanum e captiuitate vindicare maluerint, quam turpibus subscribere conditionibus, breui post expertus est Ludouicus, nos uero testes habemus, Ludouicu[m] a Leopoldo ante parta adeo ad angustias fuisse redactum, ut noctu aufugerit, et tum demum pacem Trausniciensem cum Ludouico inierit.* *Quod uero bujus pacis conditiones ab ejusmodi pa[ro]to, quale fuit illud mens[is] Martio conscriptum plane abhoruerint summa euicimus probabilitate* §. 103. seqq. Primum plane non liquet, quare conjecturis nitatur BAVMANNVS, ubi expressa rerum testimonia adiunt. *Probabilissimum* putat, non ante liberatum fuisse FRIDERICVM, quam rata habita a fratribus transactione, eumque in finem notulam illam in Austria credit transmissam fuisse. E contrario patet ex fide dignis scriproribus illico libertati redditum fuisse FRIDERICVM, simul ac per Trausniciense pacium cesserat regno, seque jurisjurandi religione LUDOVICO obligauerat. Praeterea fere uno ore fatentur, sine omni fideiussoria cautione aliquis ambagibus a magnanimo Augusto dimisum, quare nullo jure ambages ejusmodi sibi fungit nimis in hac re ingeniosus BAVMANNVS. Tum ex ipsis quoque pauci formula satis eluet, eo tempore de consensu Austriae ducum non magnopere laboratum fuisse, quin potius rem totam permissem FRIDERICO, ut post liberationem fratrum conciliaret animos, siquidem eo cum maximeredit promissum; *Si autem reconciliationem non posset perficere, debet se iterum sistere in Trausnicht in captiuitatem in qua nunc est ad S. Johannis diem sub solstitium, qui proxime uenturus est, unde manifestum est per se, minime eosque diffidere uoluisse LUDOVICVM Bauarum FRIDERICI liberationem, donec omnia transactionis capita ad esse clum deducta essent, hanc enim si adhibuisset sollicitudinem, nullo modo concipi posset illa FRIDERICO imposita in captiuitatem redundi*

deundi necessitas, si, quae in consummando pacto supererant, perfici non possent. Deinceps nimium sibi utique indulget **BAVMANNVS**, quando **FRIDERICI** liberationem mendaci duntaxat fama uulgatam adserit, quam iterum conieeturam, quomodo tot scriptorum auctoritati opponere queat, profecto non video. Grauis praesertim testis in hac re ipse est Romanae Ecclesiae Pontifex, quem in uanae suspicione credulitatis temere uocare tanto iniquius arbitramur, quod *relationem fide dignam* expresse testetur in litteris ad **FRIDERICVM**. Reliqua, quae accumulat uir illustris, eo tendunt, ut uero simile reddat, post paetum potius confortii imperialis libertatem adeptum fuisse **FRIDERICVM**, cum ejus fratres, ac praecipue magnanimus **LEOPOLDVS**, omnia experiri maluerint pro vindicanda causa fraterna, quam turpibus conditionibus subscribere. Vim magnam sane infert historiae, ac infelici ausu insurgi aduerius relationem egregiorum scriptorum, concorditer adserentium, dimissum **FRIDERICVM**, simul ac cesserat imperio, quod per paetum Trausniciense factum esse, ipsis pasti tabulae, *signatae in Trausnicht die Mercurii ante dominicam Laetare*, satis demonstrant. Qua ratione igitur liberationem usque in alterum paetum, Monachii initum, extrahat, valde obscurum uidetur. Quod obsidionem Burgouensem soluerit **LUDOVICVS**, **LEOPOLDI** Austriaci armis territus, **BAVMANNVM** parum juuat, cum ipsa illa certamina proxime secuta sit Trausniciensis paetio, neque adeo grandem oporteat Bauaro incussum fuisse metum, ut alia quaevis, quam abdicationem imperialis fastigii, cum **FRIDERICO** paciceretur. Nimirum quoque, pro illorum temporum conditione, **LEOPOLDI** exagerat pertinaciam, quando nullo modo laturum sibi persuadet fraternalm abdicationem. Quemadmodum enim meliora adflictiae tum res **FRIDERICI** minime patiebantur, ita ex **ALBERTO ARGENTINENSI** P. II. p. 124. apud **VRSTISIVM** cognosci potest, eo potissimum consilia uiresque direxisse **LEOPOLDVM**, ut ex longa captiuitate fratrem vindicaret, quod, ut adsequeretur, insignia imperii lubens tradidit **LUDOVICO**, clarissimo certe indicio, probe intellexisse **LEOPOLDVM**, cedendum tantisper satis esse, ac fortunae Bauarici Augusti, dummodo majora hac moderatione mala tempestiue euitarentur. Ceterum non est, cur multum fiduciae collocet **BAVMANNVS** in uerbis scriptorum, qui conciliatos inuicem **LUDOVICVM**

CVM et FRIDERICVM, sub hujus liberationem, scribunt, per pac*ta*
 quaedam utriusque complacentia, ut est apud IO. VITO DVTRANVM l.c.
 nec non fancitam inter utrosque associationem fraternalm, ut habet
 ALBERTINVS MVSATVS l.c. quae frusta in pac*tu*m imputat
 consortii imperialis, nulla enim interpretationem huiusmodi urget necessitas,
 cum eodem iure de Trausniciensi pacto omnia intelligi possint.
 Nec aliquid in eo praefidii inuenit ad tuendam diuinationem suam,
 quod ab Ecclesiasticis viris, quorum hortamentis liberationem FRI-
 DERICI potissimum tribuunt scriptores, Monachiensis quidem trans-
 actioni, haud uero Trausniciensi pacto, subscriptum sit. Sufficit enim,
 produci a scriptoribus Praelatos illos, tanquam conciliatores pacis,
 quam sub lege abdicationis imperii cum LVDOVICO iniit FRI-
 DERICVS, nomina uero eorum in ipsius pac*tu* tabulis nemo facile requiret,
 qui cogitauerit, in formam arbitrii et compromissi rem uniuersam re-
 dactam postremo fuisse, siquidem jacto a Praelatis concordiae funda-
 mento, ipsius instrumenti compositio, ceteraque ad consummandam
 pacem pertinientia, Hennebergici Comitis et Mareschallii Austriaci ar-
 bitrio atque fidei committebantur. Aliam uero Monachiensis docu-
 menti rationem esse, ubi inter actae rei testes Praelati ambo identem
 subscriperunt, facile incurri in oculos. Tandem summam illam pro-
 babilitatem, qua sibi uidetur ostendisse, operis sui §. 103. seqq. Mono-
 chiensis potius, quam Trausnicienses, conditiones liberationem FRI-
 DERICI fecutam fuisse, non multum continere probabilitatis, dilucide
 ex sequenti §. 104. I. cognosci poterit. In manifesto ceterum errore hoc,
 de liberatione FRIDERICI autumnali, uersatur quoque VILLANVS
 T.XIII. MVRATOR. Script. Rer. Ital. p. 582. Nel detto anno 1325. del
 mese d' Ottobre all' uscita, il duca di Bauiera, eletto Re de Romani, de-
 libero dissa pregiione, Federigo, duca d' Osterich, perche era altresi elet-
 to Re de Romani, et fece pace con lui, et promesseli di rinuntiare sua
 electione, et di dorli le sue boci, ubi Trausnicien*te* pac*tu* cum Mono-
 chiensi intolerabiliter commisceret.

§. IV.

Vindicato in libertatem FRIDERICO Austraci nouae
 difficultates premere cooperunt LVDOVICVM Imperatorem,
 siquidem variae supererant ex Trausniciensi pacto conditiones
 ad

ad effectum nunc demum deducendae, praesertim restitutio bonorum, quae imperio a longo tempore subtraxerant Austriae, tum illorum cum Bauarica domo unio, auxiliique aduersus hostes, ac nominatum Romanum Papam, mutuo praestandi necessitas, quibus legibus necquicquam sese adstringi patiebantur fratres FRIDERICI, ex iisque nemo minus, quam uehemens et implacabilis LEOPOLDVS. Verosimile identidem est, inter haec, LEOPOLDI instinctu, Regiam dignitatem iterum adfectasse FRIDERICVM, fauente his ausibus libertate, in qua re a violatae fidei piaculo, periuriique criminis, tutum illum praestare admodum facile est (*). Secuti congressus noui, ac multiplices deliberationes (**), donec insigne et fere inauditum moderationis specimen ederet LUDOVICVS, FRIDERICVM in consortium imperii sponte adoptando, singulari super hac re pactione Monachii inita anno eodem (***)�.

(*) Merito miramus inutilem BAVMANNI operam, p. 86. seqq. ubi magno conatu periuincere studuit, nullam perjurii suspicionem cadere in finem Deoque deuotum Principem, cuius eximia pietas animique religio partim ex ejus testamento, partim ex alio diplomate, Maurbancensi Carthusiae concessa, clarissime eluceat, nec per GODOFREDI, Confessionarii, auctoritatem fieri potuisse, ut in tam detestabile crimen prolaberetur. Quae licet speciose quodammodo proferantur, temporum tamen illorum rationi parum consentanea sunt. Pontifex enim JOHANNES XXII. auditis conditionibus, quibus libertatem redemitat FRIDERICVS, certiorque factus, quantis aduersus Ecclesiasticalm tyrannidem moliminiibus innecti coepisset, illico omne hoc pactum ex Apostolicae potestatis plenitudine damnavit, atque a fide data FRIDERICVM absoluist. Quae cum ita sint, non modo optimo jure licet juratam fallere fidem, verum etiam in speciem transit sanctae necessitatis, siquidem imperiosum Papae speciemus in conscientias hominum arbitrium, legesque uniuersalis obsequii, quo Reges principesque orbis terrae tum temporis tenebat obnoxios, talia enim ex utili et inscrita eius aeuī superstitione simpliciter aestimare oportet. Litterae

JOHANNIS XXII. ad FRIDERICVM Austriacum dat IV. Non. Maj. a. 1325. apud RAINALDV M. T. XV. ad h. a. n. 2. p. 297. Pater promissiones et obligationes quoscunque eidem Ludouico per te factas, et jura menta praefita, poenasque adjectas super his nullius firmitatis existere uel momenti, eaque ex officio nostro cassa, et irrita, et nulla esse penitus declaramus, et quatenus processerunt de facto cassamus, irritamus, et omnibus viribus uacuanus, decernentes re ad eorum, seu aliquorum ipsorum obseruantiam non teneri, tibique nibilominus in uirtute sanctae obedientiae ac sub excommunicationis poena, quam te, si contrarium fereris, incurrire uolumus ipso facto, districtim inhibentes, ne ad ejusdem Ludouici rebellis et excommunicati carcerem quoquo modo redire, aut sibi, quamdiu extra Apostolicae sedis gratiam fuerit, sicut nunc esse dignoscitur, parere in aliquo uel obedere praesumas. Frustra igitur urget BAVMANNVS, post Monachiente demum paetum liberatum suisse FRIDERICVM, quod minime probabile sit Regium titulum eundem contra paceta resumisse, ideoque eas demum conditiones liberationem securam suisse, quae Regalis fastigii communionem FRIDERICO attribuerunt. Cererum, quod a Trausniciensi pacto recesserit, Imperatoriamque dignitatem ac titulum resumserit FRIDERICVS, expresse legimus apud fide dignos scriptores, HENRICVM REBDORF ad a. 1322. Post dimissionem non multo tempore se Regem sicut ante, scripsit Fridericus, et inimemor gratiae sibi factae, se contra Ludouicum iteratio erexit, cum quo conuenit VILLANVS ad a. eund. Ipse ANONYMVS ex Biblioth. Vindobon. Class. hist. prof. n. 27. cuius indicium BAVMANNO acceptum ferimus, ueruntamen, inquit, Fridericus suae immemor promissionis a titulo Regio se non absinuerat. LEOPOLDVM uero Austriacum ad illa conamina FRIDERICVM excitatissime potissimum, legimus apud VILLANVM apud MVRATORVM T. XIII. Script. Rer. Italic. p. 582. Luppoldo fratello dì Federigo duca d' Osterich non uoleue che'l suo fratello rinuntiasse.

(**) Veritatem facti praefstat JO. VITO DVVRANVS ad a. 1314. p. 1792. apud ECGARDVM T. II. qui, postquam liberationem FRIDERICI ex Trausniciensi custodia memorasse, sequentia subjungit: multa deinde colloquia inter Fridericum et Ludouicum tractantur praesente Leopoldo.

(***) Trans-

(***) Transactionem ipsam, die Jouis ante Festum nativitatis B. Mariae Virginis mensis Septembri a. 1325. Monachii initam, exhibemus in appendice n. 2. Primus eam in lucem produxerat JO. CVSPINIANVS in Austria p. 638. inde uero saepius edita apud alios fuit, GERH. A ROO hist. Austr. L. III. p. 96. JO. LIMNAEVM Jur. Publ. T. I. L. II. c. III. n. 5. LVNIGIVM P. Special. Abtheil. I. P. II. DV MONT T. I. P. II. p. 80. Auctoritatem instrumenti impugnare inconsultae arbitramur temeritatis esse, quam satis adseruit *αυτόπτης*, litteratissimus PETRVS LAMBECKVS in addit. I. ad iter Cellense p. 258. ut dictum omitamus nostri temporis Presbyterum, ANTON. STEYERERVM S. J. cui ipsum itidem inpicere documentum, ejusque fidem summo studio explorare, contigit. Iniquius igitur HERWARTVS, BVRGVN DVS, aliquie Bauaricae cause fautores, malae fraudis arguere Austriacos, paclumque illud imperialis consortii inter uanissimas fabulas scribere, ausi sunt. Manifestum simul ex hacenus allatis esse potest, quam praeposta inter Bauaros et Austriacos disceptatio sit, siquidem eadem pertinacia Trausniciense paclum in dubium vocant Austriaci, qua Bauari paclum negant Monachiense, cum utriusque sua constet ratio atque auctoritas, temporumque et consiliorum diuersitas totam item facile dirimere queat. Id unum adiicimus, nullum esse inter veteres scriptores, qui Monachiensis transactionis expresse mentionem faciat, aequatamque inter Bauarum et Austriacum regalem potestatem diserte loquatur. In qua re iterum prouersus a BAVMANNO p. 132. seqq. discedimus. Etenim uel apertam ipsimet profutent facti ignorantiam, qualem haud dissimulat PETRVS ABBAS in Chron. aulae Regiae, uel de Trausniciensi paclio intelligendi sunt, cuius rei specimena atculius in not. 2. ad §. III. uel de sequentibus potius nouis deliberationibus, ac Vlmenti paclione a. 1326. loquuntur, quod deinceps dilucidius apparet. Vnus quidem, THOMAS EBENDORFVS DE HASELBACH, Vindobonensis Canonicus Sac. XV. in Chron. Austr. L. III. p. 788. apud PEZIVM T. II. Rer. Austr. adnotauit: *Fertur etiam in paclis intercidisse, ut uterque regali ritulo, quoad in bannis degerent in Alemannia, uti possent in suis epigrammaribus pro futuro, uerum, cum de tituli duntaxat communicatione scribat, hoc ipsum testimonium ad communicationem potestatis regiae utique minus pertiner.*

§. V.

Ambigimus profecto, utrum insignem in **LVDOVICO BIAURO** magnitudinem animi, an satis grande propositum, mirari praefet, quando propria auctoritate cum **FRIDERICO** communicare imperium, pactumque eum in finem iniusta Germaniae ordinum inire, ausus fuit. Enimvero consiliis talibus uniuersam rem stetisse, ipsius transactionis tabulae clare loquuntur, quippe paucorum dantaxat testium subscriptione firmatae, ceterum Electorum principumque imperii nullam omnino habentes mentionem (*). Audacissimum merito dixeris facinus, ac prorsus inauditum, imo nisi instrumenti fides obstatet, uix credibile in **LVDOVICO IV.** quem Electorum S. R. I. auctoritati omnem exhibuisse reuerentiam aliunde satis constat. Quanquam uero pactum hoc imperialis consortii eo consilio initum fuisse minime credamus, ut inter arcana maneret, quam opinionem Baumannianam prorsus incongruentem ipsius natura negotii necquicquam admittit (**), attamen haud liquet, concordiam hanc Augustorum ad procurum cognitionem relatam deinceps, ac de consensu imperii Germanici aliquo modo laboratum fuisse (***)�.

(*) Obseruamus ex subscriptione pacti, eosdem fere hisce tractatibus testes arbitrosque adhibitos, qui pacificationi interfuerant Trausnicensi, fitque omnino uerosimile, maximum nouae reconciliationi pondus addidisse Ecclesiasticorum uirorum, **GODOFREDI ET CONRADI**, auctoritatem, quorum sicut hortamentis liberationem ex Trausnicensi custodia praecipue acceptram ferre debebat **FRIDERICVS**, ita nunc tanto melius de se meritos expertus est, quod magnum Baiani animum eousque inflesterent, ut nec ipsum regalis fortunae cum **FRIDERICO** consortium adsperraretur. Ceterum cum nec **LEOPOLDI** Austriaci, nec reliquorum Austriae ducum, in instrumento nulla occurrat mentio, facile colligimus, solum cum **LVDOVICO FREDERICVM** pactum fuisse, nec fratres ejus partem aliquam tulisse illarum deliberationum.

(***) Plane

(**) Plane praeter rem adseruit BAVMANNVS p. 139. seqq. Monachensem transactionem inter arcana a paciscentibus habitam fuisse, quod iis, quae profert, argumentis minime euicit. Etenim locus PETRI ABBATIS in Chron. aulae Regiae c. XV. p. 48. apud FREHERVM, quem integrum transcripsimus in not. I. ad §. 3. ignorantiam potius ostendit scriptoris, quam deliberatam consiliorum LUDOVICI AC FRIDERICI clandestinitatem. Inde uero, quod ad communem notitiam haud peruererit transactio, minime identidem sequitur, in destinatis fuisse ab initio ut acta haec secreta manerent, cum nihil præterea inde profiscatur, quam rem effectu deinceps desitutam publicam cognitionem necessario fugere debuisse. Tum miramur admodum, fingere sibi potuisse illum scriptorem summam aliquam necessitatem, quae silentio tegere suaserit consilia, quorum scientia in varia injuncta molimina impellere potuerit imperii proceres, ac præcipue insigniter exasperare summum Pontificem, cuius injuriis foedus illud expressè oppositum erat. Aegre enim perspicimus, qua ratione communicata induci potuerit regnandi potestas, sine scientia eius rei publica, ipsiusque natura negotii utique flagitabat, ut haec administrandae reipublicae forma summis pariter ac imis innotesceret. Quemadmodum autem grandior merito uidetur ausus, conditiones imperialis consortii priuato paeto stabiendi, quam publice vulgandi, ita nihil arbitramus deterruisse LUDOVICVM AC FRIDERICVM, quin publice innoverescere patenterant, quae priuata deliberatione consuluerant. Interim, si dicendum, quod res est, uidentur Auguſti ambo haud alia mente amicum illud priuatim pepigisse foedus, quam probabili fiducia freti, fore, ut coepitis successu temporis adspicaret imperium, pro tranquillandis rebus Germaniae aduersisque principum studiis, Bavaricis et Austriacis partibus fauſte ita coalescentibus, tanto solidius uniendis feliciusque conciliandis. Si enim infeſtiora metuissent molimina procerum, haud putamus, pro sapientia sua, talia suscepuros, majoribusque difficultibus fere objecturos, fuisse, Pontificis uero vindictam patrum reformidare decebat, cum per ingentem JOHANNIS XXII. pertinaciam aequitas ejus, nedum benevolentia, Imperatoribus jam pridem penitus desperanda esset. Firmat sententiam nostram ipsius instrumenti principium, arcanae scripture suspicionem proſlus remouens: *Nos*

Ludo-

*Ludouicus et Fridericus, Romanorum Reges, semper Augus*t*i, notum facimus omnibus has litteras uisuris aut legi audituris, cetera.*

(***) Probari non potest, Monachiensem transactionem a LVDOVICO et FRIDERICO ad Electorum principumque imperii cognitionem ita relatam fuisse, ut uel singulorum super hac re requisuerint suffragia, uel uniuersorum in comitiis solennibus conciliare studuerint consensum. Videntur itaque Augus*t*i pacientes exspectare maluisse consensum imperii tacitum, ipsi imperialis consortii exercitio fortasse superuenientur, ubi in actum effectumque deduceretur. Interim memorabile est, praeter solum Regalis tituli usum, nullum ceteroquin suppetere indicium, proxime post pactum Monachiense exercitiae a FRIDERICO Austriaco alicuius Caesareae potestatis, cum, quae allegavit BAVMANNVS, FRIDERICI diplomata, sub Regis Romanorum titulo ac nomine concessa, annum demum preferant sequentem 1326. Causam uero, num ad expressum dissensum Electorum principumque Germaniae referre oporteat, incertum est, cum scriptorum testimonii idoneisque argumentis in hac re plane destituamur. Ambiguam igitur de expresso imperii dissensu quaestione esse, ac uanam omnino de consensu tacito, qui deficiente consortii imperialis exercitio difficillime concipi potest, nemo erit, qui non perspiciat.

§. VI.

Concluso Monachiensi pacto alia mox exorta consultationum facies. Licet enim insigni LVDOVICI Bauari moderatione FRIDERICI gloriae acquissime consultum uideretur, tamen nec in his conditionibus persttit concordia Augg. Inde sequentium deliberationum materia, quae ad Germanici et Italici regni diuisionem tandem redire coeperunt, ubi conuentissimum placuit remedium, sublata omni regnandi communione, alteri aemulorum Germaniam, alteri Italiam, permittere (*). Actum iterum de rebus tanti momenti inconsulis ordinibus imperii. Quemadmodum tamen illud regnorum diuortium antiquo reipublicae statui prorsus aduersum erat, ita hujusmodi conatibus protinus contradixisse legimus Electores, a Pontifice et Galliae Rege de his moliminibus admnitos

nitos (**). Tantum vero abest, ut Archiprincipum dissensus ab his consiliis illico abduxerit Bauarum, ut potius, ad reintegrandam qualicunque ratione solidam cum Austriacis pacem atque concordiam, Romanum Italicumque imperium plenissime cedere cooperit FRIDERICO diplomate singulari signato Vlmae die vi. Ianuarii a. clo CCCXXVI. (***).

(*) Initio quidem LVDOVICVM Bauarum Italiam sibi destinasse legimus, reliqa FRIDERICO Austriaco Germania. JO. VILLANVS Chron. L. IX. c. 314. apud MVRATORIVM T. XIII. p. 852. Et poi furono a un altro parlamento, et furono in accordo, che quello di Bauiera dovesse passare in Italia, e l' duca Leopoldo d' Osterich con lui insieme, et per suo generale Vicario, e Federigo duca d' Osterich rimanesse Re in Allemagna, e questo si promisero per lettere e suggelli. MATTH. HAGENVs in Chron. Austr. apud PEZIVM T. I. rer. Austr. p. 1141. Über erwie lang Zeit wurden sie mit einander verrichter, in sollichem weiz, daz Herzog Ludwig von Bayern sollt in Welsichen und in Römischen Landen betreiben, und daz Reich do besiczen, auch Chünig Fridreich soll Chünig sein in allen Deütschen Landen. JOHANNES XXII. Pontifex in litteris ad CAROLVM, Galliae Regem datis, apud RAINALDVM annal. Baron. contin. T. XV. ad a. 1326. §. 25. p. 298. Fide dignorum receperamus litteras, quod dictorum ducum ad hoc intentio ferebatur, quod liberatus deberet remanere in Alemannia sub titulo regio, liberans autem sub imperiali titulo deberet ad partes Italiae se transferre, uel si liberanti esset acceptius, liberatus pro eo deberet ad partes Italiae se transferre. Creditur tamen quod spretis periculis liberans eligat Italiam uisitare.

(**) De dissensu Electorum testimonium habemus VILLANI l. c. Li Ellettori d' Allemagna a petizione del Papa et del Re di Francia contraddirero, opponendo, che l' uno et l' altro haueano perduta la elezione, perche a loro non era lecito di ragione che l' uno potesse dare boce all' altro, senza far per li Elettori nuova elezione, et Ponificis JOHANNIS XXII. in epistola ad BALDVINVM Archiep. Treuir. apud RAINALDVM l. c. ad a. 1326. §. 26. Ex quo probabiliter conuincitur, reproba et indecentia ac juri S. Romanae Ecclesiae et illorum ad quos jus eligendi regem

adsumendum in Imperatorem pertinet, obvia continere, imo, sicut fertur, in duabus congregationibus eligentium habitis pro sua parte iis fuerit contradicuum expresse.

(****) Mutato postea consilio Italiam FRIDERICO Austriaco cedere satius duxit LVDOVICVS, ea fortasse ratione motus, quod tutius existimaret remanere in Germania, fida maxima ex parte, et deuota Bavaricae gloriae, quam Italicis sece immittere tempestibus, quas e contrario minus reformandas habebat FRIDERICVS, gravior Pontifici, ac ideo etiam acceptior Italis. Cessionem imperii Romani regnique Italici, signatam Vlmae sub principium anni c^{irca} CCCXXVI, ex CVSPINIANO p. 640, integrum exhibemus in appendice documentorum n. III. Primum sollicite in hoc instrumento obseruari mereatur sat insolens clausula: *Sive cum Principum uoluntate, sive sine eorum uoluntate, ualde ambitionis aperiens aulam, diuisiōnem illam Germaniae atque Italiae propriū tuendi auctoritate, spreto qualicunque Electorum principiūque dissensi. Deinde tenendum est, cessionem hanc minime cum BAVMANNO p. 130, accipi posse pro mandato LVDOVICI, Augusti, atque effectu pauci Monachiensis art. XIV. Si profisciscatur unus ex nobis in Italiā, huic debet alter mandatum suum extradere, et huic hic relinquere sponte.* Ne enim dicamus, insecuris plane nouis consilii ac deliberationibus omnino jam discessum fuisse a prioribus conditionibus consortii imperialis, certe ipsa documenti uerba: *decreuimus cedere regno Romano, et in textu Germanico autentico: entweichen wollen an dem Chünigreich von Röm, satis produnt, minime de mandato aliquo cogitatum fuisse, cum plenam et omnimodam juris regii resignationē atque abdicationē contineant.* Accurate igitur et ex uero GERH. A. 100 L. III. p. 88. *tenorem diplomatici cessionem plane imperii Romani in se continere, judicat.* Accedit, quod ab iis, qui effectum hic somniant Monachiensis transactionis, merito simile requiramus mandatum FRIDERICI Pulchri, quo Germaniae administrationem uicissim permiserit Bauaro, cum reciprocum mandatorum hujusmodi necessitatem praeferat cit. art. XIV. Quae cum ita sint, facile quoque animaduertimus, frustra ea omnia, quae ad noua haec conamina spectant, a BAVMANNO trahi ad probandum illustrandumque consortium imperii, parumque cauſae esse, quare scri-

scriptores, qui talia commemorant, tanquam testes inducat conforti
augustalis, id quod jam supra quodammodo innuimus §. IV. not. 3.
Ceterum Vlmensis quidem cessionis copiam duntaxat in Vindobonensi
Biblioteca adseruari testatur B AVMANNVS p. 128. uerum ipsum e-
xemplar autenticum in Maurbacensi reperitur coenobio, unde copiam
illam in Caesaream Bibliothecam translulit LEOPOLDINVS quondam
Bibliothecarius, PETRVS LAMBECIVS, Hamburgensis.

§. VII.

Quanquam ualide satis FRIDERICO Austrico fese ob-
strinxisset LVDOVICVS Augustus, majoremque reapsle in ce-
dendo Romano imperio sibi auctoritatem sumisset, quam po-
testas ferebat Imperatoria, tamen cito expertus est, quantis
difficultatibus plenum iniret propositum. Deseruit igitur
tandem, quae hucusque tot ingratias agitauerat, consilia, et
in quibus majorem erga hostem aequitatem animique mode-
rationem, quam reuerentiam ostendit Germanici imperii
procerum. Etenim non tantum Italiam deinceps adiit ipse,
expeditionemque Romanam, in Spirensibus comitiis anno
cl^o CCCXXVI. decretam, more majorum, insequente anno
cl^o CCCXXVII. suscepit (*), uerum etiam Germaniam sibi
uindicauit, cuius imperium a folius Bauarii auspiciis perpetuo
pependisse, idoneis testatum est rerum gestarum monumen-
tis (**).

(*) De Comitiis LVDOVICI IV. Spirensibus a. 1326. et communī ordī-
num consensu decreta expeditione Italica legendus LEHMANNVS in
Chron. Spirens. p. 653. Ceterum merito hic notandus error PETRA
ABBATIS in Chron. aulae Regiae c. 19. qui paucorum principum Ale-
manniae consilio usum fuisse Ludovicum in hoc facto (sc. expeditionis Ita-
licae) intolerabiliter mentitur.

(**) Cujus rei probatione, cum in sectionem posteriore seruanda sit,
hic jure supercedemus.

§. VIII.

Quemadmodum statim post Vlmense pacatum experiebatur **FRIDERICVS**, uanam itidem futuram spem adipiscendi Romani imperii, exemplo regredi coepit ad fiduciam consortii imperialis, ut qualicunque ratione fortunae suae honoriique consuleret. Aperiunt conatum priuilegia nonnulla sub Regia auctoritate a. c^o CCCXXVI. concessa, ad inducendam, uti uidetur, ipso facto communis imperii potestatem. Attamen huiusmodi tentamenta, nec Germaniae principum uotis studiisque, nec tempori, nec consiliis **LVDOVICI** Bauari, consentanea, intra trium quatuorue duntaxat diplomatum gratiam steterunt, breuique tempore penitus euauerunt. In Italico uero itinere Oenipontum transiens **LVDOVICVS**, intempestiuos ausus serio exprobrasse **FRIDERICO** uidetur, si quidem valde contentiosum utriusque colloquium, infensumque tandem **LVDOVICI** ex urbe digressum, expresse memora-
rant scriptores (*).

(*) Reddenda hic rationes sunt, quare nec tempori, nec principum imperii uoluntati, nec consiliis **LVDOVICI** Augusti, consentanea dixerimus coepta **FRIDERICI** Austriaci. Primum quidem propositum illud communicandi imperii per recentiora destinata, diuortio Germanici et Italici regni aemulis consulendi Imperatoribus, ipso facto jam sublatum erat, unde facile liquet, tentamenta **FRIDERICI** parum conuenisse tempori, quando ad consortium imperiale nunc demum sua sponte redire conaretur. Deinde pace **LVDOVICI** Bauari hos actus Caesareos exercitos suis nec quicquam, partim ex jam diuis proficisciuit per se, partim inde manifestum est, quod **LVDOVICVM** consiliis augustalis consortii pro sua quoque parte deuuo consensisse, probari nunquam possit. Quemadmodum enim de nouis colloquiis paclisue, post Vlmensem congressum, silent scriptores, ita e contrario longe alia animo illum uersasse satis constat, quando summum rerum arbitrium reapse suscepit solus, comitiaque Spirensia suis auspiciis indixit, quod abunde comprobat, **FRIDERICVM** pro con-
ferte

sorte regni minime ab illo agnitus fuisse. Tandem Germaniae procerum voluntatem communis imperii moliminibus unquam adfuisse, haud magis cum idonea atque probabili ratione quisquam adseuerabit. Nullum enim ejus rei indicium deprehendimus apud scriptores, praeterea uero, ubi uniuersos regni ordines in solum LVDOVICVM intentos ejusque maiestati deuotus fuisse legimus, id omne profecto consensum in sociale aliquod imperium simul tollit atque excludit. Est tamen, quod objicit BAVMANNVS p. 124. haud credibile esse, priuilegia a FRIDERICO accepturos principes, nisi legitimus ab imperio agnitus fuisse Imperator. Speciosum quodammodo hoc videatur argumentum, ad quod tamen respondere minus difficile est. Innde enim, quod exsisterint inter principes, qui FRIDERICI ornari priuilegiis haud dignitati sunt, necquicquam sequitur, ab uniuersis principibus pro Imperatore habitum fuisse, cum eorum saltim, qui ejusmodi priuilegia acceperunt, studia erga FRIDERICVM inde eluceant. Haud itaque major illis concessionibus ineſt uis, ad augustale Austraci fastigium adſtruendum, quam quorumuis Anti-Caesarum priuilegiis, quibus deditorum sibi principum animos deuincire, auctoritatemque Caesaream ipsa re tueri, sueuerunt. Enīmuero si paullo intelligentius rem totam contuemur, facile animaduertimus, cum regni consortium ipso effectu firmare, atque ad actum perducere, niteretur FRIDERICVS, priuilegia ac diplomata talia proceribus potius ultro oblatu, quam magnopere ab iis expetita, sicque in speciem dumtaxat accepta, esse, unde uniuersam illam ratiocinationem BAVMANIANAM lubrico admodum fundamento superstructam facile deprehendimus. Quod ad Oenipontanum LVDOVICI et FRIDERICI attinet congressum, optimus ejus rei tellis est HENR. REEDORE, ad a. 1322. l. c. p. 612. Anno regni sui duodecimo cum colloquium habere cum Friderico praedicto jam dimisso, uiuente adhuc in Inſprukka, et in eodem colloquio non multum amice se ab inuicem separarent, idem Ludovicus ingressus est Alpes cet. Causam discordiarum in eo quaerit BVRGVNDVS L. II. p. 96. quod contra datam fidem, regium nomen ac jus resumserit FRIDERICVS, non sine iustissima Bauari querela, qui sub conditione abdicationis imperii e captiuitate illum dimiserit: *Causa et colloquii summa edita non est, recessere tamen infensis animis.* Crediderim Friderico exprobratam uiolati foederis inuercundiam, qui

*priuatæ fortis impatiens, indomitusque animo, ejuratum Regis nomen
 resumferat.* Attamen, cum primam pacem Trausniciensem noua de-
 incepit, eaque mitiora, secuta sint pacta, licet euentu atque exitu ir-
 rata, sententiae **BVRGVNDI** simpliciter subscribere haud licet, qui-
 nimo non tam propter Trausniciensis pacti violationem, quod ipsam
 singulari indulgentia atque aequitate per Monachenses tractatus ite-
 rum remiserat Bauarus, quam propter recentissimum in trahendo regni
 consortio ambitum, cum aemulo expostulasse **LUDOVICVM**, uero-
 simile est. Memini quoque colloquii **PETRVS ABBAS**, eti nulla
 immisceat, in quibus exiguum meretur fidem: *Hoc in anno
 mensē Martio Ludouicus, per fidem Apostolicam reprobatus, a uulgo
 uero Romanorum Imperator et Rex nuncupatus, ad partes Italiae profi-
 ciscitur, ad quas per quandam uirum parentem, qui Canis de Verona dicitur,
 praecepue inuitatur. Paucorum principum Alemanniae usus est
 Ludouicus consilio in hoc fatto, sciat tamen et consuluit hoc negotium
 Fridericus dux Austriae, qui gaudet pari Regis titulo et nomine, sive
 ex hoc Alemanniae regnum et regimen obtinere, ad a. 1327. c. XIX. p. 59.*
*Consilia de expeditione Romana **LUDOVICI**, in publicis comitiis
 Spirensibus susceptra, inculta ad paucorum principum transfert suffra-
 gia, quam prorsus inexcusabilem prolapsonem **PETRO** huic jam supra §. VII. not. i. exprobauimus. Tum **FRIDERICI** praesertim su-
 per hac re sententiam requisiuisse adserit **LUDOVICVM**, quod tamen
 per temporum, quae tunc erant, rationes, minime credibile est, ac
 praeterea, si Spirenses species deliberationes, prorsus superuacaneum
 esse debebat. An, Italicas negotiis implicito Bauaro, Germanici regni
 spem sibi fecerit Austriacus, dubia admodum quaestio est, licet id
 quoque audacter imputet **FRIDERICO PETRVS Abbas**, de cuius
 tamen auctoritate non magnopere contendimus, cum aperta in scri-
 bendo incuria, et paßim singendi licentia, fidem ejus non parum im-
 minuat ac labefacter. Interim si in hac re credendum ambiguo scriptori-
 ri, **FRIDERICVM** oportet uel consilia suscitasse diuisionis regnorum,
 ut, quam destinatam sibi primum meminerat, Germaniam, jam a **LUDOVICO**,
 Italico itineri accincto, confidentius expostulare cooperit,
 commutato cum illa Romano Italicoque regno, quod in Vlmeni pacto
 fortissimis promissionibus ei adseuerauerat Bauarus, uel destinata opro-
 get renquasse consortii augustalis, eoque proposito a **LUDOVICO** man-
 data*

data efflagitasse administrandi in absentia eius regni Germanici, secundum tenorem Monachiensis pacis art. XIV. Sufficit tamen, a talibus coepitis alienissimum tunc temporis exstissee **LUDOVICVM** Augustum, nullamque porro in regendo imperio partem concessisse **FRIDERICO**, sicut ipsis posterioribus magni Caesaris actis edocemur. Offensae etiam Oenipontani congressus, quas grauis prodiit et accuratus Chronographus, **HENRICVS REBDORFIENSIS**, satis ostendunt, haud admodum procluem fuisse Bauarum **FRIDERICI** votis atque imperitandi libidini, penitusque jam euangelere coepisse existimam illam inter aemulos amicitiam atque concordiam, quam tantis ubique laudibus extollit **PETRVS ABVAS**. Vehementer quoque fallitur **BAVMANNVS**, quando p. 131. **FRIDERICVM** et **LUDOVICVM** Augg. suspicatur Oeniponti inter se consilia communicalsse de profectione Italica prudenter suscipienda, Abbatis sui auctoritate sine dubio deceptus, lites enim inter utrumque tum subortae patesciunt, longe alia incidisse in congressu hoc, quam deliberationes de sapienter ordinandis rebus Italiae.

§. IX.

Communis opinio est, multiplicibus fortunae discriminis iactatum, uariisque concordiae blandimentis frustra delimitum, **FRIDERICVM**, tandem cessisse fatis, imperiique nunquam fidi tacita abdicatione, animum tot aduersis casibus fractum tranquillare statuisse. Corporis praeterea superueniente imbecillitate de mortalitate admonitum, satius duxisse supremum, quod restabat, uitae tempus, piis operibus transfigere, quam diffcili ac molesto ambitu aduersus **LUDOVICI** Bauari fortunam niti. Quanquam uero minime inficiandum sit, abstinuisse deinceps Austriacum omni Imperatoriae potestatis exercitio, tantum abest, ut hostile aliquid Bauaricis partibus intentauerit (*), infedisse tamen ei perpetuam opinionem Regiae alicuius auctoritatis, non solum Regalis tituli, quem continuo seruauit, usus, uerum etiam computatio annorum regni,

gni, quam in posterioribus eiusdem chartis deprehendimus, euidentissime declarat (**). Finit tandem haec dissidia mors FRIDERICI, cui succumbere coactus est in arce Guttensteiniensi a. clo CCCXXX. sepultus in Cartusia Maurbacensi, quam condiderat a. clo CCCXIII. amplissimisque muneribus ac donis ornauerat (***)�

(*) IO. VITO DVTRANVS ad a. 1314. p. 1792. apud ECCARDVM T. II.
Et sic tempore se prolongante usque ad annum domini 1326, circa finem
Martii moritur dux Leopoldus Argentinae, medio tempore Fridericus
solo nomine in Austria deguit et regnauit apud suos. ANONYMVS Leo-
biensis L. V. ad a. 1325. apud PEZIVM S. R. G. T. I. col. 926. Fri-
dericus autem in domo et dominio regalis nominis utitur, nihil contra
Ludouicum animo est molitus, quiete uiuens, et ulterius praelia non exer-
cens. Adjungimus Fr. LEOPOLDI BREVNERI, Professi Carthusiae
Maurbacensi, licet Saeculi XVII. scriptoris, luculentum testimonium,
in Chron. Maurbac. apud PEZIVM T. II. Script. rer. Austr. p. 234 seqq.
Ita restitutus Austriae Fridericus apud Godofridum et suos Carthusianos
asceticæ vitae detectatus dulcedine, magnam deinceps temporis partem
exigere, coelestium quam sublunarium regnorum potiorem babere ratio-
nem, curis et solicitudinibus corona tam infidae, tot aculeis armatae,
tot spinis horridae, quot radiis, illustri Ludouico permisiss, augustius
ipse diadema, et ingentia, quae sursum sunt, aeternitatis spatia ani-
mo complecti, placando Numini tam ipse solicitus allaborare, quam ui-
ros religiosos deprecatores adhibere, quos piissimos animi sui sensus su-
premo diplomate Carthusiae Maurbacensi dato tuculenter ostendit, dum
ait: Fridericus D. G. Romanorum Rex semper Augustus, et nos Alber-
tus et Otto, eadem gratia duces Austriae et Stiriae, sui Germani, ad
uniuersorum notitiam, tam praesentium, quam futuorum, cupimus
peruenire, quod juxta doctrinam Euangelicam, qua primum jubemur
quaerere regnum Dei, detectamur ex intimis, ut a terrenis princi-
patuum titulis, quibus dono pollemus Altissimi, per pietatis exerci-
tia iurua ac per diuini instaurationem et ampliationem ministerii at-
tingere et nancisci quacum praecipuum Principatum, commutatione
summe desiderabili, pro instabilis stabilem, pro luteo sidereum, et pro
ter-

terreno principatu coelum lucraturi. Sanctam itaque et contemplati-
uam uirorum religiosorum Prioris et conuentus monasterii Vallis omnium
Sanctorum in Maurbach ordinis Carthusiensis devotorum nostrorum et di-
lectorum conuersationem in Domino complecientes, ipsosque tanquam
Dei domesticos debitum temporalium et donorum nostrorum sustentaculis
confouere cupientes, et ubertate dominii nostri non carere, et eorum
interpellatione supplici commissorum facinorum nostrorum expiationem
et omniorum honorum suppletionem consequi ualeamus cet. His alii-
que studiis uere regis Fridericus paucis quibus superfluit annis occupare
animum, praesentiusque ob affectum ualeitudinem in maturam corporis
resolutionem omnem operam ad pie emigrandum, in quo sumam homi-
nis felicitatem familiari suo lemmate: Morte beata nibil beatius, sta-
tuerat collocare.

(**) Ex chartis FRIDERICI speciminis causa duo hic producemos di-
plomata, alterum, quo ciuibus in Stockerau priuilegia confirmat, ubi
titulo uritur sequenti: Wir Fridrich von Gottes Gnaden Römischer
König, allzeit ein Mebrer des Reichs, in fine uero: Geben zu Wien
a. 1327. an S. Veitstag im dreyzehenden Jahr unsers Reichs, apud LV-
DEWIG reliqu. MSSG. T. IV. p 238. alterum, quo una cum ALBER-
TO fratre Comiti Ortenbergensi se obligat pro auxiliis aduersis Reges
Hungariae et Bohemiae praestandis, sub eodem titulo Regis Romanorum
semper Augusti, in fine autem: Geben zu Wien am Freitag vor
dem Palmtag, da man zolt von Gottes Geburt dreyzehnbunder, und in
dem neun und zwanzigsten Jahr, unser König Fridrichs Reiche in dem
funfzehenden Jahr, apud HVNDIVM im Bayrischen Stamm Baum T. II.
p. 19. Maximi in hac remomenti est computatio annorum regni, cum
solus ceteroquin tituli regii usus quodammodo excusabilis uideri pos-
sit in Principe, ad regalem dignitatem per consecrationis sacramentum
reaperte quondam inaugurate. Vanam interim regni persuasionem, de-
ficiente auctoritate regia imperandique potestate, quis est, qui non ui-
deat? Eadem prodit mentem emblemata FRIDERICIANVM, truncum
statuae Herculis exhibens, cum epigrapha: AD HVG ST A T. apud
STRADAM de uitis Imp. p. 458 et alios, quo identidem opinio
illud suum triumphale carmen magnifice clausit BAVMANNVS, p. 147.
Denique non est, quod multum glorietur illutris auctor, aequo animo

talia laturum minime fuisse **LUDOVICVM** Bauarum, nisi optimo jure uti sciuisset **FRIDERICVM**, praecipue cum magna ui deinceps se opopuerit **CAROLO** Bohemo, Anti-Caesari, regnum palam adfendant, p. 133. Etenim in plenissima imperandi auctoritate atque gloria, cum deuotam sibi haberet Germaniam Italianamque, parum uniuersit ab **AUSTRIACO** **FRIDERICO** metuendum erat, cuius molimina ultra nomen et titulum haud adsurgebant, quae cum ita sint, facile imbecilli aemulo indulgere potuit magnanimus **LUDOVICVS**, ut inani splendore superbiret tituli Augustalis, ac falsa opinione regii fastigii aduersae fortis taedium quodammodo mitigaret, ut insignem diuersitatem contentionum cum **CAROLO** Anti-Caesare sine negotio agnoscas, licet, si Oenipontanas considereremus similitates, valde fiat probabile, ingratiaiis Bauari regias praerogatiuas utique **FRIDERICVM** sibi arrogasse.

(***) De morte **FRIDERICI** vid. **H. STERO** ad a. 1330. **ALBERTVS ARGENTINENSIS** p. 124. **G. A. ROO** **L. III.**, p. 89. **FUGGER L. III.**, c. IV. n. 12.



Præci.


*P*raecipuam jam aggredimur disputa-
tionis partem, dilucide ostensuri,
consortium imperii inter LVDOVI-
CVM Bauarum et FRIDERICVM Austriacum, cu-
jus uindiciis tantopere superbit Illustris BAVMAN-
NVS, nec Juris nec Facti idoneis fundamentis ini-
niti. Quod ipsum, ut rite susciperetur, primum
omnium ex scriptoribus monumentisque fide di-
gnis uera eruenda erat series factorum, ut, quali-
bus consiliis, quibusque moliminibus, res inter
aemulos ab initio agitata fuerit, manifestum esset,
idque singulari studio in antegressa sectione pree-
stare conati sumus. Vniuerse quidem ea usi fui-
mus moderatione, ut neque Bauaricas neque Au-
striacas in partes propensi nimium, soli rerum ge-
starum ueritati debitam exhibuerimus reueren-
tiam. Terminauimus igitur aequissime notam in-
ter Bauaricos Austriacosque scriptores controuer-
siam facti, fueritne a LVDOVICO IV. ad regni re-
signationem compulsus FRIDERICVS Pulcher, an
potius in consortium augustae dignitatis a magna-
nimo uictore sponte susceptus, quorum prius Baua-
ri, posterius Austriaci, pro suo quisque affectu et
ingenio, magna ope tuentur, aduersam uicissim
opinionem summa contentione studioque impugnan-
do.

E 2

do.

do. Satis perspicet, qui tradita a nobis curatius penitauerit, uanissimam reapse et admodum inanem esse litem, quando Monachiensis pateti fiducia aduersus FRIDERICI exauctorationem praepostero impetu insurgunt Austriacae causae patroni, Bauari uicissim imperiale consortium Transniciensium tabularum auctoritate aequa ambitiose deprimunt atque infringunt, cum utrique instrumento sua constet probabilitas, omneque in uicissitudine consiliorum, et temporum diuersitate, judicium situm sit. Quamuis igitur lubentissime largiamur, excelsam LUDOVICI Augusti mentem in mitiora aliquando consilia utique inclinata fuisse, ut prorsus insigni et omni aeuo admirabili erga fortunae aemulum mansuetudine et clementia, in florentissimo rerum suarum statu, partem gloriae felicitatisque in eum transferre decreuerit, longe alia tamen quaestio est, an post haec destinata reuera in biceps regimen nouari coeperit forma reipublicae, illaque insueta regni administratio Electorum Principumque consensu suffulta perstiterit. Multum in hoc studio desudasse fatemur Illustrem BAVMANNVM, dum et Juris et Faeti praesidiis FRIDERICI sui ac LUDOVICI Bauari sociale imperium ualidissime communire studuit, attamen inanem impendisse operam diligenter scriptorem ex praesenti tractatione clarius appa-

apparebit, siquidem accurate demonstrare statuimus, attentatam regalis fastigii inter LVDOVICVM et FRIDERICVM communicationem, et illegitimam per se, et exitu effectuque irritam, fuisse. Tota igitur argumenti hujus disceptatio, uindiciis potissimum BAVMANIANIS opposita, quae ad Austriacam causam instruendam accumulauit Illustris auctor, sub sollicitum reuocabit examen, quantumque insit ponderis in meditantis ejus, cum aequitate aestimabit.

SECTIO POSTERIOR.

§. X.

Vt in duas partes argumenti, quod disputandum sumimus, tractatio distribuatur, ipsa rei natura efflagitat. Primum itaque manifestam pactorum, cum Monachensis, tum Vlmensis, iustitiam, deinceps irritum proflus horum consiliorum euentum exitumque, ostendemus.

§. XI.

Quemadmodum priuatis LVDOVICI Bauari et FRIDERICI Austriaci consultationibus stetit ab initio de communicaanda imperii potestate transactio, perscripta Monachii anno clo ccc xxv. testiumque aliquot nominibus firmata: ita neminem tam iniquum futurum arbitramur, qui, quam uitiosis natalibus ortum debeat qualecunque hoc imperiale consoritum, sponte non confiteatur. Vti enim unius Augusti imperio a pluribus faeculis adsueta Germania est, nescia regni socia-

E 3

socialis: ita in Imperatoris potestate minime situm, propria auctoritate mores legesque innouare reipublicae, injussu procerum consortem regni adsciscendo, statuque imperii prorsus insolitam inducendo formam. Ceterum non tantum Electorum, uerum etiam uniuersorum imperii ordinum, suffragia in tam ardua re requiri, minime dubitari potest (*).

(*) Primum eosque haud extendi debere auctoritatem Imperatoris, ut statui reipublicae qualemque intentare possit mutationem, nemo Iuris Publici peritus incisiabitur. Neque licet ideo ingratiss ordinum consortem adoptare imperii, insuetamque imperitandi formam inferre Germaniae. Memorabile est ipsos Reges Carolingos, licet liberrima praefuerint potestate, in comitiis procerum adiuvissim regni consortes, quemadmodum LUDOVICVM filium CAROLVS M. in conuentu procerum Aquisgranensi (EGINHARDVS in vita Caroli M. c. 30. THEGANVS in vita LUDOVICI C. 6.) LUDOVICVS Pius primogenitum filium LOTHARIVM identidem consilio ordinum participem regni effecit (THEGANVS C. 12. NITHARDVS de dissens. filior Ludouici L. I. AGOBARDVS in epist. ad LUDOVICVM n. 4.). Deinde vero omnium imperii ordinum consensum suo iure expofcere magnitudinem negotii, non sine causa adferimus, meritoque etiam in hoc diuortium facimus a sententia BAVMANNI, qui totam rem intra studia et suffragia cogit Electorum, intempestiuum simul agens censorum Consultissimi PFEFFINGERI, qui in Vitriar. illuſtr. T. I. p. 69. uerilime edixerat: *Si uerae sunt hae tabulae, mirandum, tanti momenti negotium sine consensu ordinum imperii fuisse fuscum, cum eo ipso omni robore deſtituantur.* At ordines laudatos de societatis bujus validitate non consenſisse, quod nec Archiepiscopus, nec Episcopus, nec dux, nec princeps, chartam subſcriperit, argumento eſt. Ad quae p. 124. operis ſui regerit: PFEFFINGERVS fruſtra deſiderat ſubſcriptionem Archiepifcoporum, Epifcoporum, Duecum et Principum, ſive generatim ordinum imperii consenſum, nam tunc jam erat penes ſolos Electores jus tam eligendi et nominandi, quam deſtituendi et reprobadii Regem Romanorum, ſuperuacaneam de cetero inſumens operam in probando jure eligendi S. R. I. Electorum, quod LUDOVICI IV. tempore jam exercuerunt ceteris exclusis principibus imperique ordinibus,

bus, cum nemo rerum Germaniae tam ignarus esse queat, qui item super eo moueat Archiprincipibus. Errorem interim, in quo ueratur solertia Austricacae cause uindex, inde confutamus, quod Imperatorum Germaniae electiones penitus quidem redierint ad Electores, eligendi jure uniuersis antiquitus principibus communi horum reuerentia in Archiprincipes tandem translato, uerum probe intelligimus, sub eadem conditione id factum fuisse, qua suscipi solebant ab antiquo regiae electiones, et quam mores ac consuetudines ferebant Germaniae, ut scilicet, quoties reipublicae postularerit necessitas, unus Imperatoris electione saluti communi prospicerent. Quamobrem praecepiti admodum argumentandi temeritate ex priuatiuo jure eligendi Electorum facultatem elicere ausus est BAVMANNVS socialia imperii pro luctu stabiliendi, quae tamen conamina, cum uultum reformat status publici, adscribi nequeunt Electoribus, nec ipsi quidem, pro iustitia sua atque moderatione, talia unquam sibi arrogauerunt. Quantum uicissim in hujusmodi rerum arbitrio sibi tribuant ceteri principes, ex illustri super Regis Romanorum electione controversia, inde a tempore Pacis Westphalicae in recentius usque aeuum magno animorum motu extracta, satis compertum est, licet in hac quidem re nimia sedulitate in Electorum praerogatiwas peccari certum sit, quod ex instituto ostensum in D. D. PRAESIDIIS Commentario de libertate Electorum S. R. J. in eligendis Regibus Romanorum. In eandem sententiam apposite illustris Baro SPONIVS in obseruati. ad Capitul. CAROLI VII. art. III. §. XI. *En effet, inquit, puisque du uiuant de l' Empereur un Roi des Romains n'exerce sur les Etats aucun pouvoir, a moins que l' Empereur ne lui ait abandonné le sien, qu'il importe à il aus Etats, qu'au même instant que la Couronne devient vacante l' Empereur soit déjà élu, ou qu'il soit encore à élire, et ne leur doiv il pas être indifférent, que le Roi des Romains monte sur le trône à titre d'élection nouvelle, ou à titre d'une survillance assurée par l'élection passée.*

§. XII.

Concedimus quidem, manifestum Monachiensis pacti uitium tolli potuisse deinceps, superueniente consensu imperii, ueruntamen expresse agnitam firmatamque S. R. I. Electorum, nedium ceterorum ordinum, auctoritate illam regni societa-

cietatem fuisse, ne acerrimus quidem adserere ausus est Austriae partium defensor ac patronus, BAVMANNVS. Sicuti autem ipsos pacientes Augustos de expresso Germaniae procerum consensu non multum laborasse eam ob causam verosimile habemus, quod domesticis consiliis rem maximi momenti confecerint, eadem facilitate ad cognitionem ordinum, siquidem id placuisse, ab initio referendam, ita magis tacitum uidentur exspectasse imperii consensum (*), quem parem ualitudinem ac robur coepitis addere potuisse, BAVMANNO minime negamus. Enim uero cum in eo maximum argumentationis pondus ac praesidium inuenisse sibi uideatur, quod tacite, ut loquitur, successu temporis conaminibus hisce suffragati sint Electores principesque (**), utique nostrum est, imaginarii hujus consensus opinionem atque fiduciam idoneis argumentis remouere.

(*) See. prior §. V. not. 3.

(**) BAVMANNVS p. 124. Praesupponere, ait, aduersarius, consortio imperii a Ludovico et Friderico solis in anno 1325 mensi Septembri instaurato plane nunquam accessisse Electorum consensum, quod tamen nimis generaliter adfirmatur, nam successu temporis huic pacto Augustali ad minimum tacite suffragatos esse Electores, exinde probamus, quoniam de ulteriori dissensu eorum nihil constat.

§. XIII.

Vt proposito plenissime satisfaciamus, praeter ea, quae aduersus BAVMANNVM disputaturi sumus, primum ad ualde speciosum respondebimus argumentum, quo pro Austria causa tuenda usus est Celeberrimus Vir, ADAMVS FREDERICVS GLAFEY, ipsum longe supergressus BAVMANNVM, quem ingeniosissima haec meditamenta, a tam illustri excogitata ingenio, omnino praetermississe miramur. Tacitum ille Electorum consensum ex ipsa electione dissidiosa dicit LVDOVICI ET FRIDERICI, firmiter persuasus, utriusque partis

partis adseclas in sociale imperium facile consensisse, siquidem **LUDOVICO** addicti Electores rata probabiliter habuerint, quaecunque sponte inducerit **FRIDERICO**, ac uicissim, qui ex parte steterant **FRIDERICI** communicatam huic imperandi potestatem identidem lubentissime approbauerint. Colligit inde, prorsus inutilem de Electorali consensu dissidentium disceptationem esse, cum in ipsius natura negotii per se reconditus sit. Vbi tamen, quibus superstruxit sententiam suam, causae momenta, admodum lubrica atque fallacia sunt, calculum Viro magno et de optimis studiis meritissimo, addere minime possumus. Quemadmodum enim, qui Bauaro fauebant, electioni **FRIDERICI** penitus aduersi, eo consilio in Imperatorem illum elegerant, ut solus regno potiretur, ac e contrario **FRIDERICO PVLCHRO** deuoti, hostes Bavaricae fortunae et gloriae, eodem proposito in electione suffragia **FRIDERICO** commodauerant, ut solus ille reipublicae fastigio imponeretur, ita fieri non posse credimus, ut simul in commune aliquod imperium sponte proclues fuisse, tam Bavaricarum quam Austriacarum partium Electores, nobis temere persuadeamus (*).

(*) **AD. FRIDER. GLAEV** in histor. Germ. **Polemica** p. 389. sqq. Es haben beyde Kayser in den Gedanken gestanden, daß sie der Churfürsten consens von beyden Parthien zu solchem Paclo schon von Anfang her gehabt, und dabero nicht nötig hätten, sie de novo darum anzusprechen, indem sie über nichts anders pacifiret, als was jedes Electum anhängige Churfürsten von Anfang her gesucht, nehmlich ihrem Electum entweder allein oder in Gesellschaft regiren zu seben — — woraus so dann die natürliche Folgerung sich ergiebet, daß der Churfürsten consens bereits in der natura negotii gecheckt, wenn ja derselbe pro necessario requisito geachtet werden solte, welches jedoch bey solchem turbulenten Zustand, wo das Schwerd die Oberhand hat, nicht thunlich und practicabel. Vix credimus status publici Germanici tam peritum Virum serio haec scripsisse, cum certe nondum eo uentum fuerit sum,

F

ut

ut inter arma penitus evanuerint leges, factaque imputarentur in jus, quorundam redit itidem, quod paulo ante scripsérat: *Da bat Kayser Ludwig nachdem er mit dem Schwerdt über die Oesterreichisch gesünnten Churfürsten Meijster worden war, solchen consens nicht vor nöthig erachtet, quamvis parum causae sit, quare hujusmodi immoremur objectionibus, cum reapse ita consequamur, quod uolumus, scilicet consortium illud imperiale, per usurpationem apertam inductum, pro legitimo haberi non posse.* Videtur tamen ipse illustris Saxoniae historiographus talibus argumentis non multum confidere, dum consensum Electorum probabilitate adstruere conatus est, eumque non tacitum solum, sed etiam expressum: *Daß die Churfürsten in das Oesterreichische Paclum nicht conseniret haben solten, ist doraus, daß kein Churfürst solche Urkunde mit unterschrieben, gar nicht zu erwiesen, angesehen viel Paclia errichtet werden, welche denen Churfürsten zur confirmation besonders vorgetragen werden, welche in diesem Fall wohl schwerlich würde versagt worden seyn, in Betrachtung daß diejenigen, so auf Ludwigs seite gestanden, dessen Willen gern gerban haben, diejenigen aber, welche es mit Friderich gehabent, einen so favorablen Vergleich vor ihren Electum sehrwlich ausgeſblagen haben würden, wenn sie nur darum gefragt worden wären.* Haud difficulter, confirmationem Monachiensis pacli ab Electoribus experti potuisse, uerum cum princeps de facto ipso sit quaestio, hanc, deficientibus fide dignis testimonii, meris conjecturis expedire indecens est, ut taceamus, difficulter in talem fuspicionem prolapsuros fore, qui, quae §. XII. adnotauimus, accuratius pensitauerint. Ceterum de facili Electorum utriusque partis consentiu opinionem jam in §o. ipso examinavimus, quamvis ipsis Augg. ea mens quodammodo uideatur infessisse, sicut ex principio instrumenti colligimus: *Vt Romanum imperium, ad quod ambo electi et consecrati sumus — tanquam una persona, unus non melius quam alter, nec plus aut minus, possideamus, babeamus, procuremus et administremus.*

§. XIV.

Cum igitur frustra sit, ex consideratione ipsius dissidentia olim electionis qualemcunque exsculpere consensum Electo-

Electorum, omnino nunc operaे pretium erit, an regni socialis tentaminibus tacitus saltim superuenerit imperii consensus, curatius exquirere. Tacitum, de quo hic quaerimus, consensum, ipsa socialia Augg. acta, tacite ab ordinibus Germaniae probata, aperire debere, nemo inficias ibit, cum sine aliquo socialis imperii effectu tacitam ejusmodi approbationem conjicere haud liceat. Interim proxime post initiam a. c^lxxxxv. mense Septembri Monachii transactionem nullum prorsus deprehendimus communicatae cum FRIDERICO PVLCHRO regalis auctoritatis indicium, siquidem praeter Regii tituli gestionem exercitam ab Austria Imperatoriam aliquam potestatem plane non liquet. Minime igitur uideamus, qua specie tacitus Germaniae procerum in consortium imperiale consensus his saltim temporibus adsingi queat (*)

(*) Adfert quidem exemplum BAVMANNVS p. 103 seqq. auctoritatis, ut ille opinatur, Caesaree ab utroque Rege tunc temporis communiter exercitae, quo ualde sibi placere uideatur, cum non sine insigni fiducia actum hunc dissidentiae objiciat eorum, qui actus in Monachienſi pacto stipulatos nunquam ad exercitium uenisse putant. Ille uero digitum intendit ad arbitrium in causa HENRICI Carinthiaci, communibus LUDOVICI Bauari et FRIDERICI Austriae auspiciis interpositum, sententia pro Carinthiaco duce aduersus CANEM SCALIGERVM super praefectura urbis Patauinae lata in arce Monachienſi d. IV. Sept. a. 1325. Autenticum documentum exemplar in Vindobonensi tabulario adhuc hodie adseruari testatur, rubricamque simul rescribit ex indice diplomatico Vindobonensi in uerba sequentia: *Kayser Ludwig und Friderich Herzog von Oesterreich verſprechen Herzog Heinrich von Cärnthen auf das Compromiſ zwischen ihm und den Hund von der Laifer (Canis a Scala) förderlich auszufprechen, und Herzog Heinrich bey des reichs Pfleg zu Padua zu bebalten, datum München unter iher beyden anhangenden Insiegeln 4 Sept. 1325.* Non multum tamen in exemplo hoc ad firmandas corroborandasque uindicias Baumannianas momenti inesse, manifestum est. Frustra enim de arbitria cognitio-

gnitione, ex compromisso potius, quam Imperatoria iurisdictione, profecta, gloriatur Illustris scriptor, cum ad probandam Regiam FRIDERICI majestatem parum idonea sit. Compromissum autem non modo ipsa diplomatis inscriptio abunde comprobat, verum etiam scriptores, qui eam rem memoriae prodiderunt, NICOLAVS BVRGVNDVS in LUDOVICO suo p. 97 seqq. Ceterum post transactionem Trausniciensem iugia quoque componi placuit, quibus duo ipsi principes pro dominatione unius ciuitatis se et Italiam cruciassent tot annorum uerana discordia. Itaque Ludouicus Caesar et Fredericus Austriacus arbitri utrinque delecti sunt. Hi uero inter alias leges pacis tulere, ut Carrinthio relinquenter Patauensis praefectureas indubitate posseſſio, et ADLZREITERVS L. II. p. 30. Otto Friderici frater infraſtissimas copias aduersus Scaligeri ſuciuitiam duxit — — permifit Ludouicus Ottoni et Patauinis jureogerent, fpoponditque ſe utrisque aures daturum, et paſſus eſt Fridericum libertate donatum una ſecum in ea cauſa ſedere arbitrum incredibili comitate, qua et ipsum in triclinii et cubiculi ſocietatem admisit. Add. GEWOLDVM in Ludovico IV. L. II. p. 97. Notabile non minus eſt, in ipſo diplomatario Austriaco, rubricaque actorum compromisſi, Bauarum quidem exprefte dici Imperatorem, Austriacum e contrario ſimplici duntaxat ducis titulo ceniferi. Nihil itaque juvari BAVMANVM hoc exemplo admodum clarum eſt, ſicut in eo quoque fruſtra ſibi blanditur, quod in ipſa LUDOVICI regia actum hunc perpetrauerit FRIDERICVS PVLCHER, quem ſatis audacter in regiae majestatis monumentum trahit. Poſtemo non praetereundus eximiū Viri error eſt, quando factum hoc ſlatim post captiuitatem Trausniciensem reicit, cum enim, quod anteriori Sect. oſtentum, ex Trausniciensi custodia primo uere a. CIOCCCXXV. liberatus fuerit FRIDERICVS PVLCHER, ſatis interceſſit temporis, donec Patauinam cauſam terminarer arbitrio auſtionali ſub principium Septembriſ, licet rationes utique ſecundum antecaptam subducat opinionem, quam l. c. ex instituto deſtruximus.

§. XV.

Feliciffime ſine dubio omnis de consensu imperii tacito tolleretur ſuſpicio, ſi de expreſſo Electorum principumque diſſen-

dissentu aliquo modo constaret. Quem, utut idoneis demon-
strare argumentis in nostra non sit potestate, tamen, si uero-
simillimis conjecturis aliquis relinquatur locus, multum ha-
bere probabilitatis existimamus. In qua re id ante constituen-
dum, Monachensem transactiōnem, licet ad cognitionem
comitiorum expreſsumque ordinum consensum ab initio non
relatam, minime tamen a pacifcentibus Augg. ea clandestini-
tate initam fuisse, ut inter arcana maneret, quod contra BAV-
MANNI argutias perniciemus in Sect. anteriore (*). Innote-
ſcere igitur potuit passim insolens consilium, cui expreſſe
contradic̄tum fuisse, partim inde auguramur, quod statim
omni Caſarea auctoritate ſponte abſtinuerit FRIDERICVS
PVLCHER, partim quod mox ad alias uentum ſit consulta-
tiones, abjecto proposito confortii augustalis, cuius rei cau-
ſam, praeter procerum diſſenſum, uix latiſ probabilem inueni-
re licet.

(*) Sect. Prior §. V. not. 2.

§. XVI.

Successit nunc alterum illud paſtum Vlmense, ſub prin-
cipium anni inſequentiis clocccccxxvi. conceptum, quo ces-
ſionem omnimodam Imperii Romani regnique Italici FRIDE-
RICO PVLCHRO pollicetur LVDOVICVS IV. Vehementer
alucinantur, qui paſtum hoc in ſimplex mandatum refor-
mant, ac pro effectu habent conſortii imperialis, quem er-
rorem Sect. priore (*) refutauimus. Sic igitur, pro com-
muni ac ſociali imperio, ſeparatum ac diuifum, placere coe-
perat, inauditumque Germaniae atque Italiae diuortium
commodiſſimum Austriae fortunae remedium ſpectabatur.
Vtique quidem tantae magnitudo rei, haud fecus ac Mon-
achensis transactio, Electorum ordinumque consensum ſum-
mo jure efflagitabat, uerum ea apud pacifcentes Reges aucto-
ritatis

ritatis procerum uilitas, propositique firmitudo tum exstitit, ut de consensu Germaniae principum ambiendo nec solliciti fuerint, nec indecorum sibi imputauerint, illegitimi pacti efficaciam aduersus qualescumque ingratias fortiter tueri (**). Attramen expressum opposuerunt dissensum Electores (***) , effectuque caruerunt superbiora illa molimina, nec consultum usum LUDOVICO Bauaro tenere destinata, indignationemque Archiprincipum et ceterorum imperii statuum intempestiuue incurrere. Patet inde Vlmenis pacti nullitas, non modo injussu principum, uerum etiam infensiore in eorum auctoritatem animo, ab initio initi, deinceps nero, uetantibus palam Electoribus, penitus sublati, ipsoque effectu irriti (****).

(*) Sect. Prior §. VI. not. 3.

(**) Norabilis in pacto Vlmeni adjeclio est: *Sive cum Principum uoluntate, sive sine eorum uoluntate, es sei mit der Fürsten willen, oder ohne ihren Willen*, unde ambitiosum propositum clarissime elucidare putamus. Interim ignoramus, quid sibi uelit BAVMANNVS, quando p. 125. scribit: *Quod uero Augusti contrahentes de eis eriam casu cogitauerint, quo contradiclio procerum imperii opponeretur ipsis, quodque sive cum Principum uoluntate, sive sine eorum uoluntate, se simul imperium administrare et dignitatis imperialis insignia aequaliter participare uelle litteris declarauerint, proferimus mandatum, cetera, uanisimae enim ostentat legibus reipublicae ualde aduersam ambitionem Augg. tantoque minus excusabilem, cui tamen consortium imperiale superstruere ipse adeo non ausus est, ut, cum de expresso imperii consensu nihil constet, saltim ad tacitam augustalium pactorum approbationem configiendum duxerit.*

(***) JO. VILLANVS in Chronic. L. IX. c. 314. apud MVRATO. RIVM T. XIII. Script. Rer. Ital. p. 582. ubi consilia de diuidendo Germaniae Italiaeque imperio retulisset, subjungit: *Li Elettori d'Allemagna a petizione del Papa et del Re di Francia contraddirissero, opponendo, che l'uno et l'altro haueano perduta la elettione, perocche a loro non era lecito di ragione che l'uno potesse dare voce all' altro senza far per li Elettori*

tori nuova elettione. Memorabile identidem testimonium perhibet Papa JOHANNES XXII. in litteris ad BALDVINVM Treuirensim Archiepiscopum apud RAINALDVM ad a. 1326. §. 26. quod rescriptimus supra Sed. Prior. §. VI. not. 2.

(****) Cum enim Italicum iter ipse deinceps susceperebat Bavartus, ac super haec non minus Germaniae regimen retinuerit, in aprico est, quod a prioribus consiliis omnino recesserit, sicque utrumque pactum, cum Monachiense tum Vlmense, effectu destitutum fuerit.

§. XVII.

Venimus jam ad Priuilegia FRIDERICI PVLCHRI, sub Regio titulo concessa, annum clcccxxvi. praeferenzia, in quibus praeципuam spem collocat BAVMANNVS. Quae cum effectum augustalis consortii interpretetur, maximum inde ominatur operae fructum, tacitoque jam imperii consensu pacta conualuisse Augustorum, confidenter ac secure conjicit. Sunt tamen varia, quae moneamus. Primum quidem, ubi pactum consortii imperialis jam cessisset pacto Vlmeni, et in nouas profus conditiones postea inuicem transegissent Augusti, uis omnis anterioris pacti exspirauerat per se, nec proprio ausu eo regredi potuisse FRIDERICVM Austriacum, sine ipsius LVDOVICI Bauarii injuria, perftuafissimum habemus (*). Deinceps ita comparata esse deprehendimus pleraque, quae anxie conquisiuit illustris auctor, exempla, ut Monachiensi transactioni illustrandae ne commode quidem fatis inferuire possint (**). Denique ad imperii consensu muniendam socialis regni opinionem, trium quatuorue gratiam diplomatum neequicquam sufficere, quin grandiora acta, magisque conspicuum communicati imperii effigiem, requiri, ex merito statuimus (***).

(*) Evidentissimum hoc fore omnibus, attentius rem contuentibus, minime dubitamus, quod per inseguens Vlmense pacum anterior trans-

transactio Monachensis reapse extincta, imperique communio per propositum cedendae Italiae penitus sublata fuerit. Haud igitur facultatem fuisse existimamus Austriaco FRIDERICO pro libitu ad anterius regrediendi paetum augustalis consortii, indeque actus illos, quos exercuit, Caesareos ne ex ipsis quidem LUDOVICI Bauari parte satis legitimos agnoscimus. Fuit interim de LUDOVICI Imperatoris consensu securus admodum III. BAVMANNVS, quod ipsum, cum aliter longe rationes inierit gestorum, mirum uix esse potest. Ceterum reuera displicuisse Bauaro Austriaci, quam sibi sumit, licentiam, Oenipontanae lites docere possunt, de quibus uid. Sect. prior §. VIII.

(**) Dabimus hic diplomatum FRIDERICI PVLCHRI, quae sub Romanorum Regis auctoritate ac titulo a 1326. prodierunt, indicium, ad sparsis nostris, quas res exigit, animaduersiōnibus:

I. Diploma Latinum, quo fratribus LEOPOLDO, ALBERTO, HENRICO et OTTONI, ducibus Austriae, pro eximiis erga se sine ritis, operaque in bellis Bauaricis praefita, de Regiae plenitudine potestatis, sicut uerba habent, nonnulla castra, oppida, munitiones, uillas, jura patronatus Ecclesiarum, cum uniuersis suis pertinentiis, iuribus, consuetudinibus, et obuentiōnibus, in Burgonia, quod vulgariter Burgundia nuncupatur, uacantia liberaliter donat, Dat. in Selisa IV. Idus Febr. A.D. 1326. Regni uero nostri anno XII, apud Dn. a LUDWIG in T. IV. Reliqu. MSS. L. VI, in diplomatario miscello n. XVII. p. 274.

II. Diploma Germanicum, quo BERTHOLDO, Comiti Hennebergico, generatim omnia priuilegia ab Augustis antecessoribus, sigillatum a LUDOVICO Bauero, quem fratris nomine appellat, concessa, confirmat, und bey Nabmen die Briefe, die ihm Chunig Ludwig unser Bruder bat gegeben. Sine loco, dat. nach Christus Geburte dreyzehnhundert Jahr darnach in dem sechs und zwanzigsten Jahre, an dem nächsten Mittwochen nach dem Obersten tage, in dem zwölften Jahre unseres Riches, apud BAVMANN. p. 105. Priuilegium LUDOVICI Bauari Hennebergicum, cuius confirmationem praefens ostentat diploma, datum Monachii a. 1315. itidem inseruit BAVMANNUS p. 107. Super vacuam

vacuum interim, et Monachensi transactioni neutiquam respondentem confirmationem illam superiorum auctorum L V D O V I C I esse, ex art. XV. perspicere licet: *Quidquid autem ante uterque nostrum fecit donando, feuda conferendo, prouidendo, oppignorando, et quocunque alio modo, siue in saecularibus, siue in Ecclesiasticis, rebus, in quibus potestatem habet, id firmum esto omnibus.* Cum igitur quorumcunque ante gestorum simplex in his uerbis sita sit ratihabitio, nihil profecto cauiae erat, quare de novo auctoritatem suam immisceret FRIDERICVS.

III. Priuilegium Germanicum in gratiam JOANNIS Argentinensis Episcopi concessum, quo oppido Episcopali Oberkirchen ejusque ciuibus omnia jura et immunitates largitur ciuitatis Offenburgensis, Geben zu Offenburg am heil. Psingstabend, do man zelte von Christus Geburt 1326. Jore, in dem zwölften unseres Riches, apud WENCKE-RVM in disquisit. de Vsburgeris n. 2. p. 41.

IV. Diploma Latine perscriptum, quo Erfurtenibus priuilegia & praedecessoribus concessa de liberalitate regia ratificat, dat. apud Baden VII. Id. Octobris, anno millesimo trecentesimo uicesimo sexto, regni ue-ro nosiri anno duodecimo, apud B A V M A N N V M p. 78.

De diplomatis his uniuersi monemus, necessariam fuisse, si Monachensis pauci art. XV. respiciamus, confirmationem LVDOVICI Bauari. Articulo enim illo legis instar praescriptum: *Quicquid unus nostrum in posterum facit, hoc debet alter ratum habere et confirmare suis litteris.* Haud igitur tam arroganter oportuisset B A V M A N N V M de priuilegiis hisce Fridericianis, tanquam indubii confortii augustalis documentis, gloriari, cum, extra alia, Ludouicianae etiam confirmationis defectus omne robur valoremque iis adimat. Qua etiam ueri specie tam audacter jactatum Bauarici Imperatoris in Austriaci Regis acta consensum pro hac rerum conditione tueri queat, admodum obscurum est. Vbi tamen ad aduersariorum, ut loquitur, superbiam deprimentam exemplo aliquo confirmationis priuilegiorum FRIDERICI PVLCHRI a LVDOVICO IV. factae aburitur p. 108. diploma producens, quo Erfordiensi ciuitati Bauarus singula priuilegia, jura, gratias, concessiones, libertates et consuetudines quaecunque, prout ipsis a domino Rudolfo Rege Romanorum et aliis Imperatoribus et Regibus praedecessoribus inclitis rite et rationabiliter tradita sunt et concessa, ratificat, approbat, et praesentis scripti patro-

cilio confirmat, dat. Monachii dominica Invecauit anno Domini 1330 regni anno sexto decimo, imperii uero tertio, obseruandum est, primum FRIDERICI PVLCHRI nullam hic expresse mentionem factam, siveque ualde incertum manere, an inter antecessores Reges FRIDERICVM quoque connumerauerit Augustus: deinceps uero, cum diem supremum jam obiisset Auctriacus, ad illustrandum consortium regni chartam illam quam ineptissimam judicamus. Ceterum cum nullum prorsus exstet uestigium, quod recentiora LUDOVICII IV. acta post annum 1325. diplomatis suis confirmauerit FRIDERICVS PVLCHER, licet, si ex Monachiensi transactione fessu rem metimus, hoc potissimum modo consortem regni ostendere debuerit, certe clarissime apparet, quam male omnia cum memorata transactione cohaerant, et quam plane non respondeant communicati imperii effectibus.

(***) Cum in anterioribus sati euictum fuerit, inualide egisse FRIDERICVM, quod Monachiensi transactione per pactum Vlmense jam abolta, proprio ausu, inuitoque LUDOVICO Augusto, resumferit propositum tuendi consortii in regno, proficisciatur inde, jactatos illos actus Caesareos ne per se quidem ita comparatos fuisse, ut idoneum efficere potuerint objectum confensus imperialis. Quamquam uero etiam hac abstineamus censura, judicabir tamen unusquisque sine negotio, actus adeo paucos, momentique praeterea leuioris, quosque ad notitiam publicam uenisse uix credibile est, necquicquam sufficisse, ad iustitiam conciliandam factis, legitimamque augustali consortio inducendam formam. Grandioribus e contrario documentis ac speciminibus opus erat, ad constitendum regimen sociale, Germaniaeque ordinum expeririendum consensus. Requirabantur comitia communia, communia judicia, communia belli pacisque consilia, legislatio communis, communia aduersus infensissimas Papae machinationes remedia, communies inuestiture, aliaque generis ejusdem, in quibus tamen FRIDERICI PVLCHRI eosque defecit auctoritas, ut haec maxime momentosa administranda reipublicae negotia nunquam attigerit, quin summum rerum arbitrium in solo LUDOVICO IV. patienter satis reueritus fuerit. Ceterum non multum praefidii habere BAVMANVM in sequenti ratiocinatione p. 124. ordines imperii non abborruisse a Friderico Augusto priuilegia expetere: sequi inde legitimum eum fuisse Imperatorem regnique confortem, cum priuilegia haec nullius existif-

stissem uatoris, si profecta essent ab Imperatore, quem Electores in hac dignitate non agnouissent, in Secl. Prior §. VIIII. not. 2. ostendimus, uidelicet oblati portio ab ipso largitore Augusto, quam a principibus expedita, uideri priuilegia illa, ut occasio esset, Caesaream gratiam in signum imperialis alicujus potestatis imperiendi, firmatque conjecturam consideratio illorum, quibus priuilegia indulxit, siquidem uel sanguine, uel officio, uel benevolentia singulari, ei coniuncti, Austriacae fortunae ac gloriae addictiores spectabantur, ideoque eligebantur prae ceteris, qui Regio FRIDERICI fastigio reuerentius se submiserint, augustalisque auctoritatis in se documenta exstare paterentur facilius. Sic unum priuilegium fratribus, alterum IOANNI, Argentinensi Episcopo, Cancellario suo, tertium BERTHOLDO, Hennebergico Comiti, qui ad Trausniciense aequa ac Monachiene pacium adhibitus fuerat, concessum. Postremum Erfurtenibus datum, ex facilitate urbibus propria, qua cuiusvis generis priuilegia accumulare solent, aestimare oportet.

§. XVIII.

Germanicum pariter ac Italicum Romanumque imperium solum tenuisse LVDOVICVM Augustum, reique publicae statum moderatum fuisse, fusiis quidem in sequentibus ostendemus, attamen efficacissimum inde hic ducimus argumentum, quod oleum perdat et operam BAVMANNVS in adserendo sociali FRIDERICI sui imperio, agnito, ut ille diuinatus est, tacite ab ordinibus Germaniae. Fortissimam enim argumentandi rationem esse arbitramur, consepsum expressum Electorum Principumque in unius LVDOVICI, quod sine socio exercuit, regimen, omnem taciti consensus praesumptionem, quo socialia Austraci tentamenta, et qualcumque ejus Augustalem dignitatem probauerint, funditus tollere atque euertere (*).

(*) Lucet per se uis argumenti, siquidem res prorsus secum pugnantes in vicem contendamus, nec futurum credimus, qui rationi maxime consentaneam argumentationem non perspiciat.

G 2

§. XIX.

§. XIX.

Satis superque jam demonstratum esse putamus, consortium illud augustale inter LVDOVICVM IV. et FRIDERICVM PVLCHRVM, nec expresso, nec tacito, imperii consensu munitum, pro legitimo iustoque minime haberi posse. Id saltem, antequam ulterius progrediamur, adjicimus, nihil rationis subesse, quare Austriacae causae patroni confirmationem identidem expressam Trausniciensis pacti, quodam ueluti retorsionis jure, urgeant, cum regni abdicatio, ad quam a victore LVDOVICO sub liberationem compellebatur FRIDERICVS Austriacus, proprio jure niteretur. Arbitratu igitur haud difficile est, apertam rei dissimilitudinem existere, imperique adfensem ad ualorem Trausniciensis pacti, omnino iniuste requiri (*).

(*) Majoribus S. R. I. Archiprincipum suffragiis electus LVDOVICVS Bauarus, legitimus factus Imperator (Epistola Electorum ad Papam apud HERWARTVM AB HOHENBVRG in Ludouico Bauaro defenso p. 747. qui a majori parte principum Electorum fuit rite et rationabiliter in Regem Romanorum electus, CONTIN. STERONIS a. 1317. Ludouico major pars et Friderico minor Electorum consensit, HENR. REBDORF a. 1314 p. 421. Ludouicus IV. junior per majorem partem Electorum imperii et ex opposito Fridericus per minorem partem electus est) justis armis pugnauit aduersus FRIDERICVM PVLCHRVM, quinimo eidem, tanquam perduelli, imperialis banni poenam irrogauit. Summo igitur jure potuit uictor ad regni cessionem cogere pertinacem fortunae aemulum, justamque electionem validis remedis tueri. Nec ulla ideo necessitas erat, confirmationem facti per se justi a Germaniae proceribus, siue efflagitandi, siue exspectandi, in qua re longe alia et Monachiensis et Vlmensis pacti conditio est, quea, dum proprio robore et uigore carebant, omnem auctoritatem utique nancisci debebant, ab expresso uel tacito ordinum imperii consensu. Alia interim mens est illustris, quem supra laudauimus, uiri, A.D. FRID. LAFFEY, quando in hist. Germ. Polem. p. 390. scribit: *Und wo ist denn die confirmation derer Churfürsten auf Seiten des von den Bayern vor sich alle-*

allegirten Vergleichs. Wird man nicht zur Antwort geben, Kayser Ludwig habe solchen von denen mit dem Schwert überwundenen Churfürsten nicht nöthig, von seiner Parthey aber allemahl in passibus fauabilibus in mandato tacito gehabt, dergleichen Hülfsreden Friderich ebenfalls von denen ihm anhängigen Churfürsten in pacto ipsi tam utili anführen kan.

§. XX.

Restat, ut ad alteram transeamus tractationis partem, ac ostendamus identidem, uniuersam molem publicorum negotiorum in solo LVDOVICO semper refedisse, quo proposito, acta LVDOVICI Augusti imperialia, inde a Monachensis paeti tempore usque ad FRIDERICI PVLCHRI excessum, breuiter adumbrabimus.

§. XXI.

Primum quidem litteras inuestiturarum, aliaque priuilegia, instrumenta atque diplomata, iustrabimus, Bavarici Imperatoris auctoritate imperii ordinibus his annis concessa. Quibus cum auctoritatem suam secundum paeti Monachensis tenorem addere sive interponere non ausus sit FRIDERICVS PVLCHER, splendidam inde Austriae de sociali FRIDERICI atque LVDOVICI imperio persuasionem prorsus euancescere oportet (*).

(*) Recensum agemus LVDOVICI diplomatum ab anno 1325. usque ad annum 1330. quo e uiuis excessit FRIDERICVS PVLCHER, secundum temporum seriem ac ordinem:

- 1) *Des Römischen Königs Ludwigs Concession Heinrich dem jüngern genannt Reiß über einige Oerter ertheilet dat. Nürnberg IV. feria ante Galli a. 1325. apud LVNIG. P. Spec. Cont. II. Forf. III. Abt. VI. p. 203.*
- 2) *Eiusd. Protektorium vor das Nonnen Closter Seelgenthal zu Landsbur, Gegeben zu München am Allerheiligenstag a. 1325. apud GEWOLD. ad HVNDII metropol. Salisburg. T. III. p. 232.*
- 3) *Litterae inuestiturae, quibus Godfrido Eppensteinio nonnulla feuda imperio aperta in Moerle eodem feudi jure de novo confert, dat.*

zu Cube die Mittwoch nach Margarethen Tag a. 1326. apud Perill.
SENCKENBERGIVM Select. T. I. p. 195.

- 4) Concessio, qua omnes imperii attinentes in Moerle et ualle adjacente Godfrido Eppensteinio pignoris jure tradit, sub eod. dato et loco, apud SENCKENBERG. l. c. p. 196.
- 5) Lehnbrief vor Heinrich Herrn von Plauen genannt Reuß, über die Bergwerke, über das Haus zu Gleisberg, it. über Triptis und Ziegenrük, dat. Pisa Donnerstag nach Sim. und Judae a. 1327. apud LVNIG. P. Spec. Contin. II. Forts III. Abteil. VI. p. 205.
- 6) Remifilio Pomeraniae, Stetinensis, Slauorum, Cassubiorum, ducis ad Marchionem Brandenburgensem, pro fuscipienda inuestitura dat. Laterani d. 27. Jan. 1328. apud LVDEWIG reliqu. T. II. p. 286.
- 7) Mandatum, quo Comitem de Henneberg, Secretarium suum, iubet occupare Marchionatum Land-berg post obitum Marchionissae Brandenburgicae, reddendum Rudolfo Saxoniae duci aut Ludouico Marchioni Brandenb. dat. Laterani eod. 27. Jan. 1328. apud LVDEWIG reliqu. T. X. p. 35.
- 8) Diploma, quo Marchioni Brandenburgensi omnes terrae Poloniae imperio rebelles donantur, dat. Laterani sub eod. dato 1328. apud LVDEWIG. reliqu. T. II. p. 282.
- 9) Simile diploma, quo Marchioni Brandenburgensi omnes terrae Poloniae imperio Germanico subtractae conferuntur dat. Romae VIII. Febr. 1328. ap. LVDEWIG reliqu. T. II. p. 280.
- 10) Nomine litterae clientiales cum inuestitura et confirmatione omnium regalium et priuilegiorum Marchionatus Brandenburgici filio primogenito Ludouico concessi dat. Romae d. XI. Febr. 1328. apud LVDEWIG reliqu. T. II. p. 278.
- 11) Litterae inuestituae pro filio primogenito LUDOVICO Eleflore et Marchione Brandenb. dat. Romae d. XII. Febr. 1328. ap. LVDEWIG. reliqu. T. II. p. 274.
- 12) Ereclio Lucae cum territorio uicino in ducatum, et creatio primi ducis Lucani, Castruccii de Antelminellis, dat. Romae d. XV. Febr. 1328. apud LEIBNIT. Cod. Jur. Gent. diplom. P. I. p. 130. LVNIG. Cod. Ital. diplom. T. II. p. 2215. du MONT. T. I. P. II. p. 106.
- 13) Diploma, quo Comitia Palatii Lateranensis cum luce adstanti coronationi Imperatoriae conceditur Castruccio duci Lucano et Imperii

Ve-

- Vexillifero, dat. Romae d. XIV. Mart. a. 1328. apud EIBNIT. Cod. Jur. Gent P. I. p. 129.
- 14) Oppignoratio GABELAE et officii Sculteti Gelnhusani facta Conrado de Trymperg, relutione sibi et successoribus referuata dat. Romae 1328. Dienstags nach dem Sonntag Judica, apud Perill. SENCKENBERG. Select. T. II. p. 605.
- 15) Instrumentum, quo eidem Conrado de Trymperg committit, ut filium Budingensem, feudum imperii, custodiat, ne nimium ligni excidatur, dat. Romae sub dat. eod. ap. SENCKENBERG. T. II. p. 608.
- 16) Diploma, quo rusticos Conradi de Trymperg in Pfahlburgeros recipi uetat, quibus tamen jus ciuitatis non negatum, ap. eund. SENCKENBERG. T. II. p. 609. sub eod. dato,
- 17) Prostitorium vor die Abtey Murbach, dat. München a. 1328. am S. Thomastag ap. LVNIG. Special. Eccles. Contin. I. p. 981.
- 18) Privilegium, dass die Bürger zu Gelnhusen ein Kaufhaus in der Stadt bauen mögen, dat. München 1329. Mittwochs nach Georgentag apud LVNIG. P. Spec. Contin. IV. P. I. p. 789.
- 19) Literae inuestiturae, quibus Antonius de Scarampis de feudis imperiis, castris, uillis, seu locis uiginti, montis alti et Montisberarii inuestitur d. 19. Maj. 1329. ap. LVNIG. Cod. Ital. diplom. T. II. p. 505.
- 20) Instrumentum, quo Godofrido Eppensteinio redditus XXV. mensuratum fragmenti feudi titulo largitur, dat. Dienstag nach Cantate a. 1329. ap. SENCKENBERG. T. I. p. 197.
- 21) Concessio in feudum terrarum Burgi Budingesis et pagi Waechterbachensis absque regali permisso ad culturam redactarum, Conrado Trympergio facta, dat. Freitag vor dem Auffarthstag 1329. apud SENCKENBERG. T. II. p. 61.
- 22) Mandatum ad Fridericum Marchionem Misnensem ne Landgrauium Thuringiae ad Henricum Hassiae Landgrauium, sed potius in Ludouicum, March. Brand. transferat, dat. 23. Jun. 1329. apud LVEDWIG reliq. T. IX. p. 679.
- 23) Lehnbrief vor Heinrichen Herrn von Plauen genannt Reuß über das Sleß Dreyen, dat. 23 Jun. 1329. apud LVNIG. P. Spec. Contin. II. Forts. III. Abteil. VI. p. 207.

24) Pri-

- 24) Priuilegium vor die Stadt Frankfureb, daß ihre Bürger und Einwohner durch das ganze Römische Reich zu Wasser und Land zollfrey seyn sollen, dat. Freytag vor Petri und Pauli 1329. ap. LVNIG. P. Spec. Contin. IV. I. p. 564.
- 25) Priuilegium, daß die Frankfurtschen Bürger und Einwohner um keiner rechtlichen Sache willen vor geistlich Gericht belangt werden sollen, dat. Freytag vor Johannis 1329. ap. LVNIG. P. Spec. Contin. IV. P. I. p. 565.
- 26) Priuilegium ciuibus et oppidanis in terris Friderici Marchionis Misniae concessum, ut abhinc possint acquirere feuda nobilia, dat. 24. Jun. 1329. ap. LVDEWIG. reliqu. T. IX. p. 680.
- 27) Confirmation aller Regalien denen Herrn von Plauen ertheilt, sub dat. eod. apud LVNIG. P. Spec. Contin. II, Forts. III. Abtheil. VI. p. 208.
- 28) Confirmation aller und jeder Priuilegien der Stadt Frankfurt dat. 26. Jan. 1329. ap. LVNIG. P. Spec. Contin. IV. P. I. p. 564.
- 29) Confirmatio Priuilegiorum dever vier Städte Frankfurth, Gellenbaußen, Wezlar und Friedberg, sub eod. dato 1329. apud LVNIG. I. c. p. 10.
- 30) Litterae, quibus testatur Marchionatum Landsberg et Sangerhusen ad March. Brandenb. pertinere dat. XI. Aug. 1329. apud LVDEWIG. reliqu. T. II. p. 287.
- 31) Priuilegium, quo Azo de Vice Comitibus constituitur in Vicarium Caefareum Mediolani Comitatus et districus dat. 13. Sept. 1329. apud LVNIG. Cod. Ital. Diplom. T. I. p. 399.
- 32) Confirmation aller und jeder Priuilegien der Stadt Augsburg und verffrechten, daß sie niemals vom Römischen Reich verfetzt werden, auch dem Kayser außer jährlich 400 Pfund heller keine Steuren zu geben schuldig seyn solle, und was dem mehr anhängig, dat. XXIV. Octob. 1329. ap. LVNIG. P. Spec. Contin. IV. P. I. p. 92.
- 33) Freyheits-Brief vor das Closter zu Raitenburch dat. Tag vor Weynachten 1329. apud GEWOLD. ad HVNDII metropol. Salisburg. T. III. p. 113.
- 34) Confirmation aller Priuilegien der Stadt Heilbronn, nebst disposition der Steuer und Fahrmarkts balber feria V. nach der Befchneidung Christi 1330. apud LVNIG. P. Spec. Contin. IV. P. I. p. 585.

Cum

Cum omnia illa diplomata atque priuilegia solius LUDOVICI no-
men et auctoritatem praferant, merito desideramus illorum saltim
confirmationem auspiciis FRIDERICI factam, idque secundum art.
XV. Monachiensis transactionis: *Quicquid etiam unus nostrum in po-
sterum facit, id debet alter ratum habere et confirmare satis litteris.*
Praecipue in ineucturis feudorum imperii consoritum augustale con-
spicuum esse debebat, cum art. IX et X. placuisse: *Quae majora
feuda, utpote regna, Principatus, Comitatus, et quae alias majora
feuda sunt, ad imperium deuoluuntur, ea debemus ambo simul confer-
re, non alter absque altero, alia saecularia feuda et Ecclesiastica,
Praeposturae, Ecclesiae, quomodounque nominentur, si ea alteruter
conferat ex nobis, alter ratum habeo et firmum.* Nec minus oppi-
gnorationes rerum imperii, aliaque momenti majoris negotia, ad
mutuum amborum Augg. consensum relata expresse obseruamus art.
XIII. Alter nostrum absque altero non debet nec potest imperii ciuita-
tes, castra, munitiones, dominia, terras et homines, et quicquid tam
magnum est, alienare neque oppignerare, neque res ualde magnas per-
tricare. Cum quibus conditionibus, si quis recensita a nobis acta
LUDOVICIV. contendat sigillatim, ne minimam quidem socialis im-
perii inueniet speciem, quin potius, quam male cuncta ad Mon-
achiense pactum quadrent, re ipsa experietur. Ceterum de anteriori-
bus gestis utriusque Augusti legimus art. XV. *Quicquid antea uer-
que nostrum fecit donando, feuda conferendo, prouidendo, oppignorando,
et quounque alio modo, sive in secularibus sive in Ecclesiasticis re-
bus, in quibus potestate habet, id firmum esto omnibus, nisi id com-
muni constio et voluntate in melius ad imperii uilitatem mutare possi-
mus.* Et nominatim quicquid nos, Rex Ludouicus, erga filium no-
strum Marchionem Brandenburgensem fecimus, ratum et firmum esto,
ut praeter rem uideri possumus, confirmationem etiam Brandenburgi-
corum priuilegiorum efflagitassem, simplici Monachiensis transactionis
stantium autoramento, enim uero, cum de nouis omnino priuilegiis,
quibus Eleactorem filium post annum 1325. ornauerat Pater Augustus,
quaestio sit, haud temere etiam haec diplomata communis Ludouicia-
norum priuilegiorum manipulo et fasce comprehensa a nobis esse, ae-
quos rerum arbitros satis perspecturos fore confidimus.

H

§. XXII.

§. XXII.

Grande deinceps indicium est, attentatam illam in regno administrando societatem omni caruisse effectu, Germaniaeque ordinum iniussu praecipitatam concordiam celeriter elanguisse, quod coniunctum (*) aut communi nomine egisse Augg. ambo, rerumque maximarum arbitrium, sicut natura postulat augustalis consortii, inter se mutuo communicasse, ne uno quidem specimine constet. Quin Comitia Spirensia (**) a. clo ccxxvi. pro instaurandis rebus Italiae, suscipiendaque expeditione Romana, solius LUDOVICI auspiciis habita nouimus. Similiter in condendis ac promulgandis legibus (***) supremaque jurisdictione (****), Bauari scimus ubique praevaluisse prouidentiam atque auctoritatem.

(*) Arbitrium enim LUDOVICI ET FRIDERICI in causa Canis Scaligeri minime eo referendum esse, supra docuimus §. XIV. n. 1. Oenipontanum etiam colloquium huc perperam a BAVMANO trahi in Sect. prior, §. VIII. in not. ostensum. Interim admodum memorabile est, ne sigillum quidem illud commune, in Monachiensi pacto promissum, uisum unquam fuisse: Debemus etiam duo nova sigilla facere, in quibus ambobus utriusque nostrum nomina scripta sint, et in nostro Regis Ludouici sigillo debet Regis Friderici nomen praecedere, sicut in nostro Regis Friderici sigillo debet Regis Ludouici nomen praecire, et debent sigilla ejusdem magnitudinis, formae ac litterae esse, adeo ut nec ipsa Monachiensis transactio eo insigniti atque firmari potuerit, licet ita conuentum esset art. XXIV. In quorum testimonium damus has litteras, cum dependentibus nostris sigillis, et promittimus sub omni obligatione supra scripta, quod illas uelutinus renouare et sigillare nostris nouis sigillis, quam primum illa sculpta fuerint.

(**) Solius LUDOVICI Bauari auctoritate congregata fuisse comitia illa, numero procerum frequentia splendida admodum atque illustria, probatae fidei monumentis testissimum est. Deliberatum de turbatissimo Italiae statu tranquillando, festinandoque hunc in finem apparatu expeditionis Romanae. Nemo esse potest, qui Germaniae ordinum

num erga **LUDOVICVM** fidem atque deuotionem clarissime non agnoscat, quodque ad illum, tanquam ad praecipuum majestatis imperii statorem, praesidemque summae reipublicae uniuersi res pexerint, tantum abest, ut qualiscunque Austraci **FRIDERICI** regalis auctoritas in comitiis hisce uel leuissimo indicio appareat. Haud dissimili reuerentia Gibellini Italiae ad Bauarici Caesaris tutelam potissimum confugiebant, eiusque aduentum insigni spe praestolabantur. Insecuta magnanimi Regis duclu gloriae plena in Italiam profectio sub principium anni 1327. Pro tali uero rerum conditione ualde ineptum foret mandatum aliquod diuinari, quo ad Italiae statum ordinandum a **FRIDERICO PVLCRHO** instrutus fuerit Bauarus, secundum Paclii Monach. art. XIV. Si proficiscatur unus ex nobis in Italiam, huic debet alter mandatum suum eo tradere, et huic hic relinquere sponte licet in talem suspicionem admodum proculuis uideatur **BAVMANNVS** p. 137. Testes expeditionis Romanae **LUDOVICI** Bauari, rerumque in Italia gloriose gestarum, sunt, **HENR. REBDORF** ad a. 1326. p. 423, **ALBERTVS ARGENT.** p. 124, **NIC. BVRGVNDVS** ad a. 1327. p. 99. **NAVCLERVS** Vol. 2. Gener. 45. p. 997. **ALB. MVSSATVS** in **LUDOVICO** Bauaro p. 2. **MVTIVS** L. 24. Chron. p. 228. **H. STERO** p. 410. **MAGNVM CHRON.** **BELGIC.** p. 291. **CHRON.** **ELWANGENSE** p. 459. **AVENTINVS** L. VII. annal. c. 17. Subjungimus **LEHMANNVM** in **Chron.** **SPIRENSI** p. 653. Die Fürsten und Obristen, welche Kayser Heinrich eingesetzt, haben des Reichs Recht und Freyheit mit Ernst wider des Pabst's Obriste verfochten, und Galeacius Fürst zu Mayland, Canis de Scals zu Verona, die Fürsten von Mantua und Luca, Kayser Ludwigen inständigst vermahnt, daß er auf's ehest sie in Italien begeben, und als einen Kayser erweisen solte. Der Fürsten Bothschaft sind gefolgt der Stadt Rom Gesandte, die der Kayser gleichbergesetzt um seine Ankunft und Vertilgung der unaufhörlichen Kriege ersucht — — der Kayser ruft die Stände des Reichs zu allgemeiner Versammlung gen Speyer 1326. erzebte denselben der Italiener und Römer Werbungen, welche die Stände des Reichs sämtlich mit Gefallen angebört, und darauf ein ansehnlich Kriegs-Volk samt und sonders zum Römerzug und Bestätigung des Königreichs Italien zu schicken und zu erhalten bewilliget, darauf der Kayser seine Reise im Jahr 1327. angestellt. Idem p. 656. Als nach eingewanter Kayserlicher appellation Pabst Jokannes mit mehrern Ernst

Seine Verbannung zu vollstrecken abbesohlen, und alle ungeborßame Bischoföe ihrer Bischoftbümer entsetzet, so hat man doch durch einmuthige Überkommung und Betrachtung der unrechtmäßigen ungestörten Proceß den Geborsam des Pabsts an seinen Ort gestellet, und dem Kayser schuldige Hülfreichung erwiesen. Insonderheit bat zu Ossenbahrung und Befindung der unchristlichen und unrechten Proceß viel geholfen, daß die Römer und Italiänische Fürstn nach so ernstlicher Verbannung durch ansehnliche Bothschaften den Kayser zu Empfahung der Kayserlichen Cron erinnert und geberthen, welches der Kayser auf dem Reichstag zu Speyer a. 1326 im Fürtrag seiner Sache zu treflichen Nutzen verwendet, den Reichsfürsten und Ständen die Italiänische Schreibn fürgleget, und dieweil die Italiänner und Römer der Päbste Lehr, Leben und Wandel täglich vor Augen hatten, keine gelehrtere Leute denn in Italien zu finden, dieselbe aber öffentlich an den Tag gelegt, was von den Päblichen Händeln gegen die Kayser und das Reich zu halten, gedachten Reichsfürsten und Ständen zu bedenken heimgestellt, ob nicht den Teutschen Fürstn vielmehr wolte gebübren, die Päblichen Annasungen zu verachten, und den bisher verübten Eingriff und Abbruch des Reichs Fürstentümmer, Landen und Gerechtigkeiten mit aller Gewalt wieder einzubringen, und die unrechtmäßigen Inbaben davon auszuschaffen. Um dieser und anderer Bewegnis Willen haben die Teutschen Chur- und Fürsten, geistliche und weltliche, desgleichen Grafen, Herrn, Ritter und Städte, sich beständig und insonders behüflich gegen ihren Kayser gegen den Pabst verbalten.

(***) Exemplum suppeditat constitutio de officio Comitis Palatii Latoranensis Romani de a. 1328. apud GOLDASTVM Conf. Imp. T. I. p. 329.

(****) Statutum quidem in pacto Monachiensi art. XX. Debemus quoque nos ambo eundem Judicem Curiae et eundem scribam curiae habere, ut nostrum judicium iudicium sit, et hi debent per dimidium annum, vel per quartam partem modo apud unum, modo apud alterum, nostrum, per uices manere, et quicquid coram uno ex nobis judicabitur, hoc erit coram altero ratum, et quod incoatur coram uno, hoc potest finiri coram altero, et uicissim reassumi, quotiescumque termini elabuntur. Et quisquis ab uno nostrum bannitur, is potest absoluī coram alte-

altero, siquidem unum est judicium et unus iudex. Insueta tamen ejusmodi forma sterile Judicium Palatinum tanto difficilius probari potest, quanto certius est, supremam in imperio jurisdictionem, haud secus ac alias summae potestatis partes, penes solum suisse LVDOVICVM IV.

§. XXIII.

Scimus denique, implacabile odium JOHANNIS XXII. Pontificis, totque infensissimas machinationes, summam pro libertate Germaniae imperiique maiestate vindicanda soler-
tiam excitasse LVDOVICI Augusti. Maximum tunc tempo-
ris ex hujusmodi contentionibus onus magnanimis incumbe-
bat Imperatoribus, uerum altissima uirtute mentisque im-
mobili firmitudine nulli Caesarum secundus LVDOVICVS,
omnem ad amoliendam tyrannidem Ecclesiasticam sapientiam
atque constantiam attulit. Enim uero horum etiam gestorum
totam laudem gloriamque ille suo jure vindicat, AUSTRIACI
FRIDERICI nec quicquam suffultus auxilio, licet mutuam in
hac re opem fidemque spondeat transactio Monachensis, in-
signi iterum de aperta augustalis confortii uanitate argu-
mento (*).

(*) Huc spectat art. IV. transact. Monach. *Volumus etiam nos inuicem adjuuare perpetua fide, vindicando, laborando, satagendo, loquendo, agendo, et cum omnibus rebus, quoque nostrum corpus atque bona perdurant, contra quoscunque, ac debet alter alterum non deferrere, nec ab ipso discedere, si alteri peculiaria negotia fierent, saecularia aut spiritualia, sed causa unius esto etiam alterius, in omni loco et in omni necessitate, et art. XIX. Et quisquis unius nostrum amicus est et fautor, alterius quoque amicus et fautor esto, qui uero hoc denega-
uerit, contra hunc debemus nos inuicem juuare pro viribus, ut ille uel illi cogantur, nec non art. XXIII. Et debemus nos ambos tanquam unus vir opponere, si contra nos, uel alterum ex nobis, in spirituali-
bus et saecularibus, negotiis, sive Clerici sive Laici, aliquid unquam*

agere uel facere uellone, aut antebac egissent fecissentue, in nostrum aut imperii praejudicium, quoconque modo, denique art. XXIV. Debemus item nos inuicem non defere per ullam necessitatem Ecclesiasticam uel saecularem. Ceterum ex inuidiosissimis ausibus Papae conspicuum identidem nascitur argumentum, pro augustali LUDOVICI Bauari dignitate, in qua socium ac participem non agnouit. Hic enim erat, quem insigni temeritate properea aggrediebatur JOHANNES XXII. quod in ejus persona omne decus majestatis imperii oppugnandum sibi uideret, sicuti uicissim sua tantum sapientia, auctoritate, constantia, Pontifici fortiter obuiam iuit, tutelamque et defensionem reipublicae in se suscepit immortaliter meritus Imperator Pertinent ad notitiam horum dissidiorum, quoad in fisi consortii quinquennium ab a. 1325. usque ad a. 1330. incident, sequentia acta publica, quae strictum recensebimus:

Johannis XXII. quintus Processus in Ludouicum Bauarum Imp. Auenione a. 1327. apud EDM. MARTENE in thes. anecdot. T. II. p. 671.

Citatio ejusdem ad audiendam sententiam super crimine haereticos eod. anno ap. MARTENE l. c. T. I. p. 682.

Bulla Papae, qua Ludouicum jubet Lombardia exire a. 1327. ap. EVND. l. c. p. 684.

Johannis XXII. Processus aduersus adieclas Ludouici a. 1327. apud EVND. l. c. T. II. p. 692.

Eiusdem sextus Processus contra Ludouicum de Bauaria, Marchionem Brandenburgensem, Augusti filium, ap. EVND. l. c. p. 688.

Executoriales horum processuum a. 1327. ibid.

Declaratio Papae Johannis XXII. contra Ludouicum Bauarum, Cal. Nou. a. 1327. ap. MARTENE l. c. T. II. p. 693.

Bulla ejusdem contra haereticos docentes suprematum esse in Caesare, non uero in Papa, ap. LVNIG. Spicil. Eccles. P. I. p. 612.

Kayser Ludwigs Aufschreiben wider Johannem den XXII. a. 1327. ap. GOLDAST. in den Reichs-Satzungen T. II. p. 38.

Roma-

Romanorum ad Papam epistola, qua eum ad Romanam visitandam invitauit a. 1327. ap. MARTENE l. c. T. III. p. 97.

Johannis XXII. Processus major in Ludouicum Bauarum a. 1328. siue indulgentiae ac Crucis praedicatio contra Bauarum et sequaces, ap. EVND. l. c. T. II. p. 716.

Ejusdem Procesus minor, indulgentiae impugnantibus Bauarum confessae a. 1328. IBID. p. 722.

Procesus Ludouici aduersus Johannem XXII. ap. MARTENE l. c. T. III. p. 98.

Ludouici Rom. Imp. querelae ad Halberstadiensem Episcopum de Papae tyrannide, Romae 1328. apud LVDWIG. reliqu. T. II. p. 284.

Johannis XXII. mandatum contra Pisanos, ne adhaereant aut subfida praestent Bauaro a. 1328. apud MARTENE l. c. T. II. p. 723.

Ludouici Imp. querelae ad ducem Brunsvicensem de tyrannide Papae a. 1328. ap. LVDEWIG. reliqu. T. II. p. 727.

Bulla Johannis XXII. qua irritam decernit coronationem Ludouici a. 1328. ap. MARTENE l. c. T. II. p. 727.

Johannis XXII. Processus contra Romanos, quod expellant Bauarum et sequaces ejus ab urbe a. 1328. ap. MARTENE l. c. T. II. p. 736.

Ejusdem Citatio Castruccii de fautoria haereticorum damnati a. 1328. ap. EVND. l. c. T. II. p. 743.

Ludouici Bauari Rom. Imp. Processus contra Jacobum de Caturco, nunc se Papam Johannem XXII. licet mendaciter adferere non uerentem a. 1328. ap. GOLDAST. Conf. Imp. T. I. p. 328.

Bulla Johannis XXII. qua Ludouicum Bauarum denuo haereticum declarat, ejusque adfeclas et in primis prouincias Italiae in bulla ipsa recentitas, ut partes ipsius deferant, hortatur, a. 1328. ap. LVNIG. Spicil. Eccles. Contin. l. p. 61.

Ludouici Bauari sententia contra Johannem XXII. lata Pisae a. 1328. ap. LVNIG. l. c. p. 65.

Johannis XXII. Epistola ad Episcopum Pragensem de Processu contra Ludouicum Bauarum, cui insertum edictum, quo praemissa excommunicata-

64 EXAMEN CONSORT. IMPER. INTER LVD. IV. BAV. CET.

nicatione inhibetur et expresse mandatur eidem Ludouico, ne ulterius administrationi regni se quomodolibet intromittat, nec se Regem uel Imperatorem nominet a. 1329. ap. du MONT. Corp. diplom. T. I. P. II. p. 109.

Johannis XXII. Sextus Processus contra Ludouicum Bauarum, per quem declaratur in haeresin incidisse, et velut haereticus reprobatur ac pronunciatur a. 1329. ap. MARTENE l.c. T. II. p. 771.

Ejusd. Processus praedicationis Crucis contra Bauarum ap. E V N D. l. c. T. III. p. 777.

Capitula de interpretationibus Clericorum aduersus Domini Regis jurisdictionem ap. LEIBNIT. C. J. G. P. I. p. 137.

Johannis XXII. excommunicato Mich. Caefenatis et Guil. Occami aliorumque consiliariorum Ludouici Bauari a. 1330. ap. GOLDAST. in Monarch. Imp. T. I.

§. XXIV.

Haud diffidimus fore, ut ex iis, quae disputauimus, unusquisque intelligat, inutilem nec admodum felicem in adserendo FRIDERICI PVLCHRI imperio operam collocasse III. BAVMANNVM. Quanquam enim exquisitissimo studio argumentum hoc exornauerit, haud tamen egregii Principis, in cuius admiratione totus defixus est, sortem LVDOVICI Bauari fortunae aequauit ex uoto, nec consortium illud auctale, quo tam impense gloriatur, satis idoneis juris et facti argumentis superstruxit, quod in praefenti disquisitione ex instituto ostendere, ac BAVMANNIANIS vindiciis justum decernere pretium, qua oportet, modestia atque aequitate, conati sumus.

APPEN-

APPENDIX
DOCVMENTORVM.

I.

PACTVM TRAVSNICIENSE.

Nos Bertholdus Comes de Hennenberg & Dietericus Pillichdorfer Marschallius in Austria fatemur publicis his Literis: Nos inter Illustrem Dominum Regem Ludouicum a Roma & Generosum Principem Ducem Fridericu[m] de Austria & ejus Fratres, integrum & amicabilem reconciliationem fecisse, in Verborum formam subsequentem.

Primo praedictus Dux Fridericus renunciare debet clare & omnimode regno & omni Juri, quod in illo habere posset, & debet Literas quibus eligebaratur, si Elecio vocari posset, & omnes alias Literas, que ipsum ad hoc juvare & promouere possent, a quoconque ha[bi]lli datae, & in quoconque forma scriptae sint, reddere Regi, sine omni fraude & dolo. Neque etiam Regnum unquam ambire ulla ratione, neque per illius Voluntatem, aut Instantiam, nec in eo ullum obstatulum, a quoconque inductus aut irritatus, sive ab eo, qui se Papam nominat, sive a quoquis alio, Regi opponere, quamdiu Rex uiuit. Deinde debent praedicti Duces omnes quinque Regi restituere, quicquid de Imperio tenent & occuparunt, sive sint Domina, Ciuitates & in universum terrae, homines & bona quoconque nomine, & quicquid de his oppignerarunt, sive etiam quod ab aliis Imperatoribus & Romanis Regibus Regis Antecelloribus opigneratum est, aut oneratum, id omne debent redimere et liberare.

Debent etiam omnes quinque cum Rege fodus inire aeternum, cum eo & ejus Liberis permanendi, & illos ju-

vandi, contra quoscunque quoconque dictos Nomine, Clericos & Laicos, & nominatim contra illum, qui se Papam dicit, omnesque ejus adutores ac fautores, quamdiu is contra Regem & Regnum est.

Ad majorem porro Securitatem hujus Confederationis debent procurare, ut Dux Carinthia, & quatuor ex illius Consiliariis cum eo, qui sunt Magister Henricus Scriba ejus, Cunradus ab Aufenstein, & Syfridus de Rottemburch, & Magister Curia, Cognatus ejus, si illos duos fortasse habere poterunt, & Comes Rudolphus de Hohenberg, Comes Hugo de Bregenz, Comes Albertus de Sancto Monte, Comes de Schebedingen, Marchio Rudolphus, & Marchio Hessio de Baden, Comes de Furtenberg, & Otto de Ochsenstein, jurent ad S. S. & suas literas super hoc dent; Se, si contingenter, ut Austriae unus, vel plures Reconciliationem violarent, aut Regi auxilium non ferrent, (sicuti supra scriptum est) Regi contra illum, vel illos, auxilio fore cum Corpore & bonis, absque omni dolo & fraude. Si vero horum Comitum unus aut duos habere fortasse non possent, tum unum, aut duos aequae bonos illorum loco conquirant, secundum Marchionis de Nurnberga Consilium. Iffis jurent duodecim de Suevia & de Alsatia, qui eorum Vafalli sunt, & viginti de Austria & Styria. Debent etiam omnes quinque sua feuda a Rege accipere, & eum recognoscere, & habere pro suo vero Domino & Rege, eique obedientes ac subditi esse, sicuti Principes Romano Regi de Jure

Jure tenentur, ac debent quoque Dux Carinthiae & Comites, qui supra nominati sunt, una cum eo absolute absque omni contradictione sua feuda accipere a Rege, & illum pro suo vero Domino habere & agnoscere, eique obediare, ac subditi esse, sicut Principes ac Comites Romano Regi de Jure.

Debet etiam procurare ut omnes Principes, sive Laici, sive Clerici, Comites, Liberi, Vafalli, & alii quoconque Nomine, qui in illorum ministerio hactenus fuerunt propter bellum, feuda sua recipiant a Rege, & illum agnoscant, & habent pro suo Domino, illique obedienti tanquam Romano Regi de Jure. Et quicunque Principes, sive Laici, sive Clerici, Comites, Liberi, Vafalli, & alii quoconque Nomine id facere voluerint, contra illum, & illos debent Regi Auxilium ferre cum Corpore & bonis sine fraude & dolo, tamdiu, quoad ille, vel illi sua feuda accipiant a Rege, illumque agnoscant & habeant pro vero Domino, ei- que obedienti, ac subditi sint tanquam Romano Regi de Jure: proper illos octo supra dictos, qui una cum Ducibus sua feuda accipere debent a Rege.

Debet quoque Dux Fridericus suam Filiam Elisabetham Regis Filio, Duci Stephano desponsare, eamque regi continuo tradere, et cum ea pro dote dare, quicquid Nos Comes Bertholdus de Henneberg & Burggravius de Nurenberg constituerimus, & pro eo debet Regi oppignorare Burgau & Risepurch cum omnibus Pertinentiis, & debent Rex & Dux dispensationem conjunctim impetrare a Sede Romana, quando Sedem est tenuerit, a quo illos deceat Dispensationem petere ac obtinere.

Quod si continget, ut Rex vel Dux Fridericus, vel uterque moreretur, nihilominus debet Amicitia inter illorum

utriusque Liberos procedere, & debent eam Regis Liberi & Ducas Friderici Fratres perficere omni illo modo supra scripto. Quod si Rex moreretur & Dux Fridericus ad Regnum perveniret, tum debet Regis Liberi omne id in feudum concedere, quod ab Imperio in feudum habere debent, & nominatum Marcum Brandenburgensem cum omnibus suis Pertinentiis antiquis ac debitibus; eosque in hoc defendere ac conservare, & ut eam portionem suam a quondam Duci Rudolphi liberis obtineant, juvare, juxta Literarum tenorem, quae inter Regem & praedictum quondam Ducem Rudolphum ejus Fratrem date & scriptae fuerunt, super Adfectionem Allodii. Debet quoque praedictis Regis & Liberi simpliciter per omnia Auxilium ferre, contra quosunque, sive ad Imperium perveniat, sive non; Et hi vicissim illi & Liberi ac Fratribus illius.

Debet quoque Rex illis & eorum Ministeris omnes Oppignorations confirmare, quas ab Imperatore Henrico, & ab aliis Romanis Regibus Antecessoribus ejus obtinent, prout hoc Literis ejusdem Imperatoris Henrici, & Regum superiorum, Regem docere & probare debent. Debet etiam omnes Ministri ex utraque parte gratiam habere, & omnes capti liberi esse. Debet etiam Rex & Liberi ejus & Duces omnes quinque ab Austria, in perpetua Confederatione manere, & se invicem juvare in omniibus Negotiis, contra quosunque, sicut supra scriptum est; Et quaecunque federa, & Reconciliations Episcopus Passavensis, & nos Comes Bertholdus de Henneberg, Burggravius de Nurenberg, & ego Dierichus Pilichendorfer super haec reperiemus, ea debent utrinque firmiter tenere, & integre adimplere. Ut haec Reconciliation, sicut supra scripta est, ad verbum ita impleatur,

& obseruetur, debet Dux Fridericus jurare ad Sanctos. Si autem reconciliacionem non posset perficere, debet se iterum sistere in Trausnicht in Captivitatem, in qua nunc est, ad S. Joannis diem sub Solstitium, qui proxime venturus est. Debet etiam Regi se, suamque Personam

peculiaris Ratione obligare, secundum nostrum de Henneberg, & Burggrafi de Nurenberg iussum.

In horum Testimonium nostra Sigilla appendimus ad hanc Notulam, quo facta & scripta est in Trausnicht, die Mercurii ante Dominicam, qua cantatur, Lætare.

II.

TRANSACTIO MONACHIENSIS *ex uerſione*

JO. GEORG. HERWARTI AB HOHENBURG:

Nos Ludovicus & Fridericus, Romanorum Reges, semper Augusti, notum facimus omnibus has literas visuris, aut legi audituris, quod in Nomine Dei, ad Dei & Sanctorum eius laudem, Ecclesie Romanae Honorem, Romani Imperii Utilitatem, & Sanctae Christianitatis Pacem ac Defensionem, juxta sapientiam ac doctorum Virorum, Clericorum ac Laicorum Consilium & Informationem,

Nos invicem 1.) reconciliavimus, & 2.) confederavimus, in perpetuum, ea lege, 3.) ut Romanum Imperium, ad quod ambo electi & consecrati sumus, cum omnibus suis dignitatibus, Honoribus, Juribus, Hominibus atque Bonis, & quicquid habet, & ad illud pertinet, in uniuerso mundo, pariter tanguam una Persona, unus non melius, quam alter, nec plus, aut minus, possideamus, habeamus, procuremus & administremus;

4.) Volumus etiam nos inuicem adjuvare perpetua Fide, vindicando, laborando, satagendo, loquendo, agendo, & cum omnibus atque in omnibus rebus, quo-

usque nostrum corpus atque bona perdurant, contra quoscunque, ac debet alter alterum non deserere, nec ab ipso discedere, si alteri peculiaria Negotia fuerint, secularia aut spiritualia: Sed Causa unius esto etiam alterius, in omni loco & in omni Necesitate.

5.) Debemus insuper malum & bonum, emolumentum & damnum pariter aestimare in omnibus rebus;

6.) Parem quoque Dignitatem habere in Viis, in Ecclesiis, & in omni loco, & nos ambos Romanos Reges & Augustos scribere & nominare, & nos Fratres vocare & scribere invicem, atque etiam ceteri Fratres gerere. Et qui ex nobis alteri scribit, is eum praeponat; Cum vero scribimus ambo simul Privilegia, vel literas, tum praeponat se hic hodie, ille cras, ut in hoc Prærogativa sit nulla,

7.) Cum agit unus nostrum, quippiam altero absente, quacunque in re, id agat alterius & suo nomine, illumque præferat, ut non animadvertisca actum ejus esse meliorem, qui eum perficit, quam alterius, quandoquidem actiones utriusque

que Nostrum indiuise fieri debent in omnibus rebus.

8.) Debemus etiam duo nova sigilla facere, in quibus ambobus utriusque Nostrum Nomina scripta sint, & in nostro Regis Ludovici Sigillo debet Regis Friderici Nomen praecedere, sicut in nostro Regis Friderici Sigillo, debet Regis Ludovici Nomen praere, & debent Sigilla ejusdem magnitudinis, Formæ, ac Literæ esse.

9.) Quæ majora Feuda, utope Regna Principatus, Comitatus, & quæ alias majora Feuda sunt, ad Imperium devolvuntur, ex debemus ambo simul conferre, non alter absque altero.

10.) Alia fœcularia Feuda & ecclesiastica, Praepositure, Ecclesiæ, quomodo cunque nominentur, si vident, eaque alteruter conferat ex nobis, alter ratum habeto & firmum.

11.) Si autem simul conferamus feudum, qui Iauefituram prius consequitur, is acquirit Feudum.

12.) Et in secularibus Feudis, que vident, alteruter, qui ex nobis ea confert, Homagium pro Feudo ita recipiat, ut nobis ambobus juretur, & proponatur in Juramento, qui non est prefens. Vafallum item ad alterum dirigat, quam primum eum adire poterit, ut Feudum ab eo quoque accipiat. Quod si vero Ecclesiasticus aut fœcularis Princeps, Praelatus, vel Dominus, qui sua Feuda ab Imperio accipere tenetur, ab altero Nostrum acciperet, is Homagium ab eo recipiat, eumque ad alterum dirigat, sicut supra ferimus est.

13.) Alter Nostrum absque altero non debet, nec potest, Imperii Civitates, Castra, Munitiones, Dominia, Terras, & Homines, & quicquid tam magnum est, alienare, neque oppignorare, neque res valde magnas pertractare.

14.) Si profiscatur unus ex nobis in Italianam, huic debet alter mandatum suum eo tradere, & huic hic relinquere sponte.

15.) Quicquid etiam unus Nostrum in posterum facit hoc debet alter ratum habere, & confirmare suis literis. Quicquid autem antea uterque Nostrum fecit, donando, Feuda conferendo, providendo, oppignorando, & quocunque alio modo, sive in secularibus, sive in Ecclesiasticis Rebus, in quibus Potestatem habet, id firmum esto omnibus, nisi id communis consilio & voluntate in melius ad Imperii utilitatem mutare possimus; Et nominatum, quicquid Nos Rex Ludouicus erga Filium nostrum, Marchionem Brandenburgensem, & erga nostrum Generum, Marchionem Misnensem, Feuda Principatum, aliaque eis conferendo fecimus, ratum & firmam esto.

16.) Si utrinquerem aliquam, & bonum quocunque duobus vel pluribus dedimus, in Feudum contulimus, oppignoravimus, quicunque possider hoc, & evicit, penes illum maneto.

17.) Omne quoque, quod alteruter Nostrum de Imperio possider, aut deinceps acquirit, Terras, Homines aut quidvis aliud, id alteri subiectat.

18.) Et quicunque uni juravit, vel jurat, is alteri quoque juret, sive sit Princeps fœcularis, sive Ecclesiasticus, Comes, Liber, Ministerialis, Civitas, Oppidum, Clericus sive Laicus.

19.) Et quisquis unius Nostrum Amicus est & Fautor, alterius quoque Amicus & Fautor esto. Qui vero hoc denegaverit, contra hunc debemus Nos invicem juvare pro viribus, ut ille vel illi cogantur.

20.) Debemus quoque Nos ambo eundem Judicem Curiæ, & eundem Scribam Curiæ habere, ut Nostrum Judicium in-

divisum sit; Et hi debent per dimidium Annū, vel per quartā Annī partem, modo apud unū, modo apud alterā Nostrū, per vices manere; Et quicquid coram uno ex Nobis judicabitur, hoc erit coram altero ratū, & quod inchoatur coram uno, hoc potest finiri coram altero, & vicissim reaſsumi, quotiescumque termini elabuntur; Et quisquis ab uno Nostrū bannitur, is potest absolvī coram altero, siquidem unū est Judicium & unus Jūdex.

21.) Quicquid etiam coram Nobis jūdicatum est inter eos, qui Nos pro Rebus habebant, hoc debet ex utraque parte ratū eſſe, & ad finem perduci; Quicquid autem Nos, Rex Fridericus, contra illos, qui Regis Ludovici partes ſequabantur, ad noſtrorum actionem, & Nos Rex Ludovicus vicissim contra Regis Friderici ſectatores ſuper noſtrorum Poſtulationem, jūdicavimus, hoc eſt utrinque caſſum.

22.) Et debet quilibet impostaerum ab altero Jus petere, & facere ſuper hāc omnia, in omnibus Rebus, Dignitatibus, Honoribus, in omnibus Terris totius Orbis, ad omnia Jura & Dignitates, circares omnes, erga Principes Ecclesiasticos vel Seculares, Comites, Liberos, Civitates, Divites & Pauperes, Nobiles, & ignobiles, quibus omnibus fumus pars Potestatis & Dominationis, adeo ut neuter Noſtrū prior vel posterior, superior vel inferior ſit, in omnibus, que Imperium haberet.

23.) Et debemus Nos ambos tanquam unus Vir opponere, ſi contra Nos, vel alterum ex Nobis, in Spiritualibus & Secularibus Negotiis, five Clerici; five Laii aliquid unquam agere vel facere vel-

lent, aut antehac egiffent, feciffentre, in Noſtrū aut Imperii Prejudicium quoque modo.

24.) Debemus item Nos invicem non deferrere per ullū necessitatem Ecclesiasticam vel ſecularem. Et quandoquidem Nos in Deo & cum Deo, omne, quod ſupra ſcriptum eſt, unanimiter fecimus, promittimus per Juramentum noſtrum & fidem, que ſuper hāc corporaliter preſtitimus, & dedimus ſub omni obligatione, qua Nos erga Deum, coram noſtris Confessariis anteā conſtrinximus, quod Nos omnia de verbo ad verbum, ſicut ſupra ſcriptum eſt, uſque ad noſtrum utriusque oībitum, inviolabilitate rata ac integra tenere amabiliter & fideliter, & perficere volumus in omnibus suis partiibus; Et precipue quod Nos in hac reconciliacione Romano Imperio ſuum honorem, ſua Bona & Dignitatem promovere, tutari, tenere et augere volumus, omni noſtra ope ac vi, quanta maxima poterimus, in Corpore & Bonis, ſecundum veram fidem & Christianam Vitam. In quorum Testimonium damus has literas, cum dependentibus noſtris Sigillis, & promitterimus ſub omni obligatione ſupra ſcripta, quod illas velim renovare & ſigillare noſtris novis Sigillis, quam prium illa ſculpta fuerint. Omnia ſupra ſcriparum Rerum ſunt Teſtes, Comes Bertholdus de Henneberg, Fridericus, Burggravius de Nurnberg, Frater Conradus de Gundelfingen, Magiſter Teutonici Ordinis in Alemannia, Hermannus a Liechtenberg, Cancellarius, Magiſter Ulricus Wilde, ſupremus Scriba Noſtri Regis Ludovici, Dietericus de Billichdorf, Johannes Dapifer de Diefenhoſen, Beigandus a Traufnicht, Frater Conradus Prior de Monachio, & Frater

ter Gottesfridus Maurbacheris in omnium Sanctorum Valle, utriusque nostrum Confessarii, qui omnes interfuerunt. Haec Literæ datae sunt Monachii

die Jovis ante Domini nostræ diem, cum nasceretur, Anno a Christi Nativitate M C C C X X V . undecimo Anno nostri Regni.

III.

PACTVM VLMENSE *ex uerione HERWARTI:*

Nos Ludovicus, Dei gratia Romanorum Rex, semper Augustus, fatemur & notum facimus omnibus, qui has literas vident, vel audiunt legi, quod propter communem Christianitatis pacem, bona mente & libera voluntate, nostro charo Confanguineo & Fratri, Regi Friderico a Roma, decrevimus cedere Regno Romano, & ad hoc omnia agere verbis aut literis, ei ad Imperium necessariis, utilibus & conducibilibus, sine omni fraude, per-

inde ac si a Papa confirmaretur in Regno, sive cum Principum Voluntate, sive fine eorum Voluntate. Et spondemus hoc nos facturos bona fide, sine omni fraude & dolo, & in hujus rei publicum Testimonium appendimus nostrum Regium Sigillum his Literis, que dabantur Ulme, Anno a Dei Nativitate M D C C C X X V I , die martis, post duodecimum Diem, duodecimo Anno Regni nostri.



NOBI-

NOBILISSIMO CANDIDATO

S. P. D.
P R A E S E S.

Digna erat noua inquisitione, quam ad disputandum proponis, nobilis controvèrsia, de conforcio imperiali LVDOVICI BAVARIC ET FRIDERICI AVSTRIACI, AVGG. nec potes dubitare, quin gratia futura sit conatibus tuis apud intelligentiores rerum arbitros. Etenim, ubi partium studiis mirifice inumbratum deprehendimus argumentum hoc, certe operae pretium uisum est, consiliorum euentuumque rationes exactius scrutari, totamque actorum seriem in clariori luce collocare. Ceterum, uii eximias, quibus te commendabilem reddis, ingenii dotes, uere tibi gratulor: ita eriam, ut pro litterata juventute suscepiti labores proferrime cedant Fridericianæ nostræ, tibique meritissima uirtutis atque eruditioinis præmia nunquam defint, officiosissime uoueo. Vale. Scripti in Fridericianæ

d. IV. Aug. clo 10 CCLIL.



CLARISSIMO
ATQUE
PRAESTANTISSIMO
DOMINO CANDIDATO

S. P. D.

OPPONENS

CAROLVS ABRAHAM
L. B. DE ZEDLITZ

SILESIVS

REGIAE SOCIETATIS TEVTONICAE GOTTINGENSIS

M E M B R U M.

*S*i quis unquam voluptate quadam me adfecit, sane TV, VIR
CLARISSIME, hoc TIBI vindicas, dum ingenii acumen,
animi dotes prorsus singulares quae omnium iam admirationem
excitant, pariter ac specialis modestia, socialitasque eximium in mo-
dum in TE conspicua motuia fateor sat magna dedisse TVAM amici-

K

tiam

tiam benevolentiamque mibi propriam efficiendi. Quamobrem eo
magis iure meo mibi gratulor occasionem hanc meae cupiditati satis-
faciendi. Cum CELEBERRIMVS Dissertationis huius PRAESES,
quem praeceptorem meum plane egregium deueneror, mibi opponen-
tis partes demandauit, quas et avide quidem in me suscipio, sed cum
tenuitatem virium mearum ipse optime perspectam habeo, me potius
doctrinae TVAE solidae testem futurum praeuideo. Quae cum ita
sint, officio hoc eo alacrior fungar, quum certamen mibi cum Viro,
ex cuius conaminibus non solum celeberrima haec alma Fridericiana,
sed etiam elegantiores litterae, fructus uberrimos atque augmentum
fucundum sperant, ineundum sit. TE enim in eorum numerum col-
locandum, qui solidiori amoenum iungunt, teque ideo ab eruditio-
rum grege, quorum nomina sola tota implent volumina, qui partim
tamen insufsi sunt Doctrinae ostentatores, partim tenebriones sunt
qui non nihil quam puluem museorum respirant, satis distinguere
pluribus iam non comprobasti solum, sed et auditorum TVORVM
ingens cumulus, qui acroasisbus TVIS amoenioribus preeprimis di-
sciplinis dicatis flatim ab eo tempore, quo in Academiam nostram re-
versus, intersunt, multis praeconiis exosculantur.

Vides


Vides igitur, VIR PRAESTANTISSIME, me propemodum
abundare copia, praeclare de TE sentiendi, latissimumque campum
michi patere, virtutes TVAS vterius recensendi, sed ne modestiam
TVAM offendam, hoc intermittere cogor, et tantum in praesentia-
rum TIBI gratulor supremos in Philosophia honores et ut in emolu-
mentum huius celebratissimae Musarum sedis quam diutissime viuas
ex intimo cordis affectu voueo. Sic vale, VIR CLARISSIME, res
TVAS semper feliciter age, meque amore TVO amplecti nun-
quam desiste. Dabam in Regia Fridericiana D. VII. Aug. A. R. S.
M D C C L I I.

P R A E N O B I L I S S I M O
D O M I N O C A N D I D A T O
S. D.
A V G V S T V S B E N E D I C T V S M I C H A E L I S.

Qui amicorum dissertationibus gratulatorias litteras addunt,
in eorum, ad quos scribunt, laudibus praedicandis fere
toti esse solent. Nec est, cur hunc ego morem reprehendendum esse
censeam, cum et iustissimum sit honorem habere merentibus, et uti-

Lissimum sub hoc gratulationis titulo docere alios, quae facere, quaeue
fugere debeant. Verum liceat mihi iam a communi hac consuetudine
recedere, cum ea vti, nec opus sit, nec liceat: quorum alterum ve-
recundia TVA efficitur, alterum meritis, quae iam satis nota,
meum praecconium non exspectant. Taceo itaque acroases, quibus
publico academiae nostrae commodo egregie et cum applausu optimo-
rum commilitonum consulis, praetereo scripta TVA eruditissima,
vel in lucem iam edita, vel praelo parata, quae ad omnes elegan-
tias non factum, sed natum ingenium produnt. Gratulandi potius
officio paucis sic defungar, ut TIBI eruditionem TVAM et honores
nouos, academiae nostrae doctorem eximium, mihi vero amicum, ex
cuius consuetudine insignem mihi uitilitatem laetus auguror, vere et
ex animo gratuler. Vale.






ULB Halle
001 015 494

3



Sb.





DISSESSATIO IN AVGVRALIS HISTORICA
SISTENS
EXAMEN
CONSORTII IMPERIALIS
INTER
LVDOVICVM IV. BAVARVM
ET FRIDERICVM AVSTRIACVM
AVGG.
QVAM
CONSENSV
AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS
IN REGIA FRIDERICIANA
PRAESIDE
D. FRIDERICO WIDEBVRGIO
ELOQVENTIAE ET ANTIQVIT. PROF. PVBL. ORDIN. ET
ALVMNORVM MAGDEBVRGICI DVCATVS EPHORO
AMPLISS. PHILOS. FACVLT. H. T. DECANO
PRO
CONSEQUENDIS MAGISTRI HONORIBVS
D. AVG. cIoiCCLII.
PVBLICE DEFENDET
ERNESTVS CASPAR POHLMANN
MAGDEBVRGENSIS.

HALAE MAGDEBVRGICAE
AERE IOANNIS FRIDERICI GRVNERTI.

